

DUBIUM II.

Quid requiratur in Ministro ut licite ministret.

30. *Vide quae se habent de hoc apud Busenbaum.* — 31. *Primo de statu gratiae requisito in ministris sacramentorum ad ea ordinatis.* — 32. *Qu. 1. Quid de aliis ministris ad ea non ordinatis. An sacerdos baptizans non solemniter graviter peccet (Vide infert. 1).* — *An contrahens Matrimonium in mortali duplex sacrilegium committat (Vide infert. 2).* — 33. *An excusentur ministrantes in mortali, si urgeat necessitas. Quid de ministrantibus in nosocomiis, de obstetricibus, et maxime de parochis, etc., ministrantibus in necessitate.* — 34. *Qu. 2. An conferens sacramenta teneatur praemittere confessionem si sit in mortali.* — 35. *Qu. 3. An peccet graviter sacerdos sive diaconus ministrans Eucharistiam in mortali. — Quot peccata committat sacerdos celebrans in mortali. — An ministrans Eucharistiam pluribus successice committat plura peccata. — An peccet graviter tangens ex officio Eucharistiam in mortali.* — 36. *Qu. 4. An peccet graviter confessarius tantum audiens confessionem in mortali.* — 37. *Qu. 5. An confessarius plures successive absolvens plura sacrilegia committat.* — 38. *De diacono et subdiacono ministrante altari in mortali.* — 39. *De episcopo conficiente in mortali chrisma vel oleum sanctum.* — 40. *De episcopo consecrante in mortali templo, vel benedicente vestes, etc.* Et de sacerdote assistente Matrimonio, vel benedicente aquam, cineres, etc. — 41. *An praedicator concionans in mortali peccet mortaliter.* — 42. *Vide apud Busenbaum de ministro utente materia vel forma dubia, vel corruptam proferente formam, vel omittente ceremonias.* — 43. *An sacramenta sint indignis deneganda.* — Dicendum I^o. Generaliter loquendo, sacrilegium est ministrare sacramenta indignis. — 44. Dicendum II^o. Peccatori publico negandum est sacramentum, sive occulte sive publice petat. — 45. Dub. 1. *Quid, si peccatum sit notum tantum aliquibus adstantium.* — 46. Dub. 2. *Quid, si crimen sit publicum in alio loco.* — 47. Dub. 3. *An peccatori publico possit unquam ministrari Eucharistia.* — 48. Dub. 4. *Quid agendum in dubio de crimine et de poenitentia.* — 49. Dub. 5. *An minister ob metum mortis possit dare sacramentum indigno.* — 50. Dicendum III^o. Peccatori occulto publice petenti non est negandum sacramentum. Secus, si petat occulte. — 51. Qu. 1. *An confessarius possit negare sacramentum ob crimen auditum in confessione.* — 52. Qu. 2. *An episcopus possit negare sacramentum Ordinis peccatorum occulto publice petenti.* — 53. Qu. 3. *An possit absolviri ordinandus habituatus in vita turpi, qui vult ascendere ad ordines sacros.* (Remissive ad n. 63 in fine hujus Dubii). — 54. Qu. 4. *An parochus possit assistere Matrimonio publici peccatoris.* Et ad quid teneatur circa impedimenta. — 55. Qu. 5. *An unus sponsorum possit liceat Matrimonium inire cum altero excommunicato vel publico peccatore.* — 56. *Et an liceat conjugio contrahere cum haereticis.* — 57. Qu. 6. *An in sacramentis conferendis liceat uti opinione probabili.* — 58. Qu. 7. *An et quando ministri teneantur ministrare sacramenta.* — 59. Qu. 8. *An liceat simulare administrationem sacramenti.* — 60. *An liceat simulare suspicionem sacramenti. Sed quid, si quis simulet se confiteri.* — 61. *Quid, si quis simulet communicare.* — 62. *Quid, si quis simulet contrahere Matrimonium.* — 63. *Dissertatio de clero habituato in vitio turpi: an possit absolviri volens ordinari in sacris (Usque ad n. 77).*

Saltem in
ministro or-
dinato.

« 3^o. Non tamen necessario praemittit confessionem (nisi velit celebrare), etsi sit consultius ^{a)}; quia de hoc nullum est praeceptum, et ad delendum mortale sufficit contrito. — Vasquez ¹, card. de Lugo ².

« 4^o. Minister sacramenti ad id ordinatus, si conficiat et ministret solemniter in mortali, v. gr. si baptizet vel celebret, peccat mortaliter toties quoties (quod etiam verum esse volunt Sayrus, Ledesma et Bonacina, Granado ^{b)} de diacono ex speciali commissione baptizante). Nisi forte periculum sit in mora, nec possit tam cito confiteri aut conteri: eo enim casu baptizare vel etiam absolve moribundum in statu peccati, non esse irreverentiam docet card. de Lugo ⁵.

« Dixi 1^o. *Ad id ordinatus;* etsi enim laicus in necessitate baptizet cum conscientia peccati mortalis, non peccare mortaliter docent Coninck ³, Filiuccius ⁴, ex Suarez, etc.

« Dixi 2^o. *Solemniter:* nam si sine solemnitate baptizet, excusat a mortali Suarez, Coninck, Filiuccius ⁵.

¹ In 3 Part., disp. 136, cap. 1, num. 3. — De Sacram. in genere, disp. 8, num. 145. — ² Loc. cit., num. 151. — ³ Qu. 64, num. 37. — ⁴ Tr. 1, cap. 5, num. 85. ⁵ Suar., de Sacram., disp. 16, sect. 4, v. *Nihilominus*. — Suar., loc. cit., v. *Atque hinc aperte*. — Coninck, loc. cit., n. 36, i. f. — ⁶ Loc. cit., n. 88. — Vasq., disp. 136, cap. 3. — Suar., loc. cit., v. *Nihilominus*. — Fill., loc. cit., n. 87, v. *Terito*. — Fernandez de Moure, part. 3, cap. 18, § 1, n. 8. — Sanch., de Matrim., lib. 2, disp. 6, n. 3. — ⁶ Qu. 64, n. 38. — Suar., disp. 72, sect. 4, v. *Quarto ex parte ministri*.

« 5^o. Alii qui conficiunt et ministrant non peccant mortaliter, v. gr. cum laici in necessitate baptizant vel ministrant sibi invicem matrimonium in mortali. Ita contra Silvestrum ^{c)}, Vasquez et alias docet Suarez cum aliis; qui tam vult eos peccare mortaliter, quatenus hoc in mortali suscipiunt. Ita etiam Filiuccius, Fernandez, Sanchez, Coninck ^d.

« 6^o. Qui ministrat, etsi non conficiat, Eucharistiam in mortali peccat mortaliter, ut habet communis Suarez, Filuccii, Laymanni, Bonacina et aliorum (contra Vasquez, cuius sententiam Dia- na ^e recte notat esse probabilem, sive sit sacerdos sive diaconus). Idem docet card. de Lugo ^f. — Et quidem aliqui putant tot mortalia committi quot communicantur: quod minus videtur probabile, cum moraliter non sit nisi una distributio et una indigna administratio. Ita Tanner ^g, Henriquez, Filiuccius ^h, etc., contra Coninck et Bonacina.

« 7^o. Etsi probabile sit quod docent Silvester, Cajetanus, Filiuccius ⁱ, Navarrus Secus, pro actionibus quae non sunt sacramenta.

Requiritur
gratia pro
administra-
tione Eu-
charistiae.

30. — ^{a)} Ipse Busenbaum (non vero auctores ab eo citati) addit consultius esse confessionem praemittere.

^{b)} Sayrus, *de Sacram.*, lib. 2, cap. 7, qu. 1, art. 5, n. 7; Bonacina, *disp. 1, de Sacram.*, qu. 3, punct. 2, § 1, n. 14; Jacobus de Granado, *in 3 P., controv. 3, de Sacram.* i. g., tr. 5, disp. 5, n. 4, non requirunt ut diaconus baptizet (aut Eucharistiam ministret) ex commissione speciali; sed loquuntur de diacono qui id facit solemniter seu ex officio. — Sed Martinus de Ledesma, *la 4^o, qu. 5, art. 6, dub. 2, v. Secundo dico*, scribit: « Solum peccant mortaliter illi qui sunt consecrati ad administranda sacramenta, et exhibent se tamquam ministros ad ministrandum ». Cfr. etiam *2am 4^o, qu. 38, art. 5*. At in loc. cit. *lae 4^o, dub. 6, i. f.*, de diacono ministrante in mortali Eucharistiam ait: « Non condemnarem de mortali diaconum sic ministrantem,

quia non est minister ad administrandum sacramentum, sed ad serviendum sacerdoti ».

^{c)} Silvester, v. *Baptismus III*, qu. 4, n. 6, quidquid dicat Busenbaum, non dissentit a sententia hic exposita, et negat eos qua ministros peccare.

^{d)} Diana, part. 3, tr. 4, resol. 195, absolute id docet de diacono, et addit probabile etiam esse de sacerdote. Cfr. part. 2, tr. 14, resol. 23.

^{e)} Scilicet Lugo, *de Sacram.* i. g., disp. 8, n. 155, ait: « Videtur non esse peccatum mortale, si sacerdos Eucharistiam aliis ministret ».

^{f)} Filiuccius, tr. 1, cap. 5, n. 87, id asserit de diacono et subdiacono tantum, qui ex consuetudine id faceret; secus vero, si semel tantum et iterum; cui consentit Suarez, *disp. 16, sect. 3*, v. *De aliis*, addens idem esse de episcopo vel presbytero sacramentalia exerceente.

Requiritur
status gra-
tiae in mi-
nistro.

30. — « Resp. I^o. Praeter ea quae ad valorem requiruntur, requiritur probitas, sive ut sit in gratia: tum quia Christo, cuius est minister, debet se conformare; tum quia sancta sancte sunt tractanda; tum quia ad hoc quidam singulariter ordinantur, et gratia peculiari donantur, ac proinde hoc curare prae aliis sunt obligati. — Ita Laymann ¹ et communiter.

« Unde resolves:

« 1^o. Peccat graviter qui conficit sacramenta non habens sufficientem jurisdictionem, vel de ea rationabiliter dubitans, vel qui censura est prohibitus.

« 2^o. Non licet sacerdoti administrare sacramenta cum attritione cognita; quia adhuc est extra statum gratiae. — Bonacina ².

¹ Lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 7. — ² Disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 1, n. 3.

« et Sà ^{g)}: diaconum et subdiaconum, « si cum mortali in ordine suo mini- « strent; item sacerdotem et episcopum, « si sacramentalia exerceat, nuptias, a- « quam benedicat, altaria, tempa, vasa « consecret, concionetur, Eucharistiam de « loco in locum transferat, peccare mor- « taliter: — contrarium tamen videtur « verius: ut docent Suarez ^{f)}, Vasquez, « Laymann, Coninck ¹, card. de Lugo ^{h)}. « Ratio, quia hae actiones non tendunt « proxime ad sanctificationem animae « ex opere operato sicut actiones sacra- « mentales.

« ^{g)}: Non videtur vera esse sententia « quae docet esse mortale tangere in mor- « tali corporalia, calices, reliquias, etc. « Sayrus, Suarez, Bonacina ². — Quod si « quis in mortali (etiam laicus in neces- « sitate) elevet de terra Eucharistiam, non « videtur aliud agere quam si Christum « in hac vita lapsum elevasset; secus « tamen, si quis id extra necessitatem « temere praesumat, exemplo Ozae. — « Bonacina ³.

31. — Distinguere hic oportet confe- cionem et administrationem sacramen- torum ab aliis functionibus sacris.

Et I^o. Quod ad SACRAMENTORUM con- fectionem sive administrationem pertinet, commune et certum est apud doctores (quidquid dicant aliqui non audiendi, apud Croix), quod minister sacramenti ad id ordinatus, si conficiat et ministret so- lemniter in mortali, mortaliter peccat. Rationem affert D. Thomas ⁴, dicens: *Conveniens esse ut sacramentorum ministri*

Ministrare sacramenta
in mortali,
lethale
ministro
ordinato.

sint justi, quia ministri debent domino conformari...; et ideo non est dubium quin malí exhibentes se ministros Dei et Ecclesiae in dispensatione sacramentorum, peccent. Et quia hoc peccatum pertinet ad irreverentiam Dei et contaminationem sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris..., consequens est quod tale peccatum ex genere suo sit mortale.

32. — Sed quaeritur 1^o. *An peccet gra- viter minister qui confert [in mortali] sacramentum ad quod non sit specialiter ordinatus?* — Haec quaestio quippe tan- tum locum habet in *Baptismo* et *Matri- monio*; nam alia sacramenta, patet non posse ministrari nisi a ministris conse- cratis.

Prima sententia negat. Et hanc tenent Pater Concina ⁵, qui vocat veram et com- munem, Tournely ⁶, Natalis Alexander ⁷, Anacletus ⁸; Salmant. ⁹ cum Suarez, Bo- nacina et Valentia; item Gonet, Habert, Juenin, etc., apud Contin. Tournely ¹⁰. Et expresse eam docet S. Thomas ¹¹, ubi ait: *In articulo tamen necessitatis (sacerdos) non peccaret baptizando in casu in quo etiam posset laicus baptizare; sic enim patet quod non exhiberet se ministrum Ecclesiae, sed subveniret necessitatem pa- tienti. Secus est autem in aliis sacra- mentis, quae non sunt tantae necessitatis sicut Baptismus.* — Haec sententia est quidem probabilis.

Sed, spectata ratione, videtur proba- bilius secunda sententia affirmans, quam tenent Contin. Tournely ¹², Croix ¹³, An-

Secus pro-
babiliter
ministro
non ordi-
nato.

Probabi-
lius etiam
ministro
non ordi-
nato.

Vasq., disp. 136, cap. 4. — Laym., lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 10. — ¹ Qu. 64, n. 39. — Sayr., de Sacram., lib. 2, cap. 7, qu. 1, art. 7, n. 3. — ² Suarez., disp. 16, sect. 3, v. *Tertio*. — ³ Disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 1, n. 6. — ⁴ Loc. cit., n. 12. — ⁵ Croix, lib. 6, part. 1, n. 91. — ⁶ Lib. 6, part. 1, n. 64, art. 6. — ⁷ De Sacram. i. g., cap. 11, § 5, n. 15. — ⁸ Prael. de Sacram. i. g., qu. 7, art. 3, concl. 2, post med. — ⁹ Lib. 2, tr. 1, cap. 7, reg. 8. — ¹⁰ Tr. 14, de Sacram., dist. 1, n. 45. — ¹¹ Tr. 1, de Sacram. i. g., cap. 7, n. 87. — ¹² Suarez., disp. 16,

In reliquis vero Filiuccius et Suarez secun- dam sententiam tenent.

^{g)} Haec est assertio correctoris; sed ipse Emmanuel Sà, *v. Ordo*, *n. 31*, in edit. genuinis, scribit eum qui exercet ordinem sacram in mortali peccare mortaliter: « Quidam tamen (ita subdit) negant peccare mortaliter subdiaconum vel diaconum solemniter mini-

strantes, aut episcopum consecrantem cali- cem, aut altare, aut virginem, aut sacerdotem benedicentem aquam ».

^{h)} Lugo ita sane docet, *de Sacram. i. g.*, disp. 8, n. 152 et 155; sed *n. 156*, excipit episcopum consecrantem chrisma et benedi- centem oleum infirmorum, quem dicit mor- taliter peccare.

toine ^{a)}; et Lugo ¹ cum Vasquez, Pontio, Navarro, Ledesma, etc. Haec sententia docet quod, per se loquendo, laicus sive sacerdos ministrans non solemniter, gravi- ter peccat ministrando in mortali. Ratio: tum quia peccatum quod committit indi- gne ministrans, juxta doctrinam D. Thoma num. *praececed*. allatam, consistit in irreverentia quae irrogatur Deo et sacra- mento: et quidem haec irreverentia non tantum infertur a ministro consecrato, sed etiam a non consecrato; tum quia hic, licet tunc non se exhibeat ut ministrum Ecclesiae, tamen se exhibet ut ministrum Christi; tum quia sancta sancte tractanda sunt, et sane sub gravi in re gravi: actio autem ministrandi sacramenta est equi- dem eximie sancta, quia fit nomine Christi, et est immediate cooperans in sanctifica- tionem animae: unde a quocumque exerceatur, ipsius sanctitatem requirit.

Hinc infertur 1^o probabilius esse cum Contin. Tournely ², Antoine ³, Croix ⁴, et aliis apud Salmant. ^{b)}, laicum sive sacer- dotem ministrantem non solemniter *Bap- tismum* in necessitate, peccare graviter si ministret in mortali.

Infertur 2^o probabilius peccare gravi- ter contrahentes *Matrimonium* in mortali, non solum sacramentum suscipiendo, sed etiam ministrando; ut dicunt Pontius ⁴, Lugo ⁵ cum Navarro, Vasquez, Ledesma, etc. (contra Sanchez ⁶, Suarez ⁷, Bo- nacina ⁸ cum Soto, etc.). Nostramque sententiam Croix ⁹ absolute veram putat, eamque valere dicit, etiamsi *Matrimonium* ineatur per procuratorem.

¹ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 150. — Vasq., disp. 136, cap. 3. — ² Basil. Pont., de Matr., lib. 1, cap. 8, n. 11. — ³ Navar., in cap. 1, § *Sacerdos*, n. 10, de poenit., dist. 6. — ⁴ Petr. de Ledesma, de Matr., qu. 42, art. 3, v. f. v. *Ad ultimum*. — ⁵ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. *Dixi 2°*. — ⁶ Lib. 6, part. 1, n. 93. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Nav., in cap. 1, § *Sacerdos*, n. 10, de poenit., dist. 6. — ¹⁰ Vasq., disp. 136, cap. 3, n. 38. — ¹¹ Ledesma, loc. cit. — ¹² De Matr., lib. 2, cap. 6, n. 4. — ¹³ Disp. 16, sect. 4, v. *Ad funda- mentum*. — ¹⁴ Disp. 1, qu. 3, punct. 2, § 1, n. 10. — ¹⁵ Sotus, in 4, dist. 1, qu. 5, art. 6, i. f. — ¹⁶ Lib. 6, part. 1, n. 93, v. 5. *Contrahentem*. — ¹⁷ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 151.

^{a)} Antoine, *de Sacram.*, cap. 2, qu. 6, videtur in hanc sententiam propendere, quamvis expresse eam non propugnet.

^{b)} Salmant., tr. 1, cap. 7, n. 87, non citant auctores nominatim; sed generatim scribunt

Minister
quaandoque
excusatur.

de sententia negante id esse mortale: « Haec assertio non ab omnibus admittitur ».

^{33.} — ^{a)} Concina, *lib. 3*, *de Euchar.*, dis- sert. 1, cap. 11, § 1, n. 37, reprobat opinionem Tamburinii de celebrante in mortali. At *de*

Obligatio
specialis
ministran-
ti in no-
socomiis,

obstetri-
cum,parocho-
rum.Qui est in
mortali con-
fiteri tene-
tur pro con-
fessione Eu-
charistiae.Item, juxta
quodam
pro ceteris
sacra-
mentis.

in amplis nosocomiis aut in castris, cum ibi necessitates morientium sint obviae, tenentur semper se paratos habere ad ministranda sacramenta in gratia. Et idem ex eadem ratione rationabiliter ait^{b)} Tourneley¹ de obstetricibus. — A fortiori autem ad id tenentur parochi aliive sacerdotes quibus ex officio incumbit sacramenta ministrare; ut bene ait Natalis Alexander², referens monitum S. Caroli Borromaei in suis Instructionibus, ubi haec habentur: *Parochus omnisque sacerdos cuius est sacramenta administrare, meminisse debet sancta se tractare, omnique fere temporis momento paratum esse oportere ad tam sanctae administrationis munus.*

34. — Quaeritur 2º. *An sacerdos conferens sacramenta teneatur praemittere confessionem, si sit in mortali?* — In confessione Eucharistiae, certum est ex Tridentino praemittendam esse confessionem, juxta dicenda n. 255.

Quoad alia vero sacramenta,

Prima sententia affirmit; et hanc tenent Merbesius^{a)}, Genettus³, Concina⁴, ex catechismo Romano⁵, ubi dicitur: *Cum sacramenta administramus aut percipi- mus, toties confessio praetermittenda non est.* — Ratio: tum quia idem motivum praecepsi quod currit in Eucharistia valet etiam in aliis sacramentis; tum quia minister, cum teneatur ministrare sacramenta in statu gratiae, debet habere moralē certitudinem de sua justificatione, sicut habere debet de materia et forma:

^{a)} De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. *Dixi 2º... Haec tamen.* — ^{b)} Lib. 2, tr. 1, cap. 7, reg. 12. — *S. Carolus, Actor. Mediolan.*, part. 4. — ^{c)} De Sacram. i. g., cap. 6, qu. 4. — ^{d)} De Sacram. i. g., cap. 11, § 5, num. 27. — ^{e)} Part. 2, cap. 5, de Sacram. Poenit., n. 45. — ^{f)} Disp. 16, sect. 3, v. *Sea quaeret.* — ^{g)} De Sacram. i. g., disp. 8, n. 145. — ^{h)} Tr. 1, cap. 7, n. 94. — ⁱ⁾ V. *Confessio I.*, qu. 2, § *Pri- mus.* — ^{j)} Lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 10, i. f. — ^{k)} *Man.*, cap. 2, n. 9. — ^{l)} Sum., de Confess., n. 135 et 136. — ^{m)} Tr. 16, cap. 4, qu. 6, resp. 1. — ⁿ⁾ Part. 1, cap. 3, n. 170. — ^{o)} Lib. 6, part. 1, num. 93, in fine. — ^{p)} De Sacramentis in genere, qu. 1, art. 4, num. 4, v. *Notandum tamen.* — ^{q)} Disp. 1, qu. 3, punct. 2, § 1, num. 3. — ^{r)} *Regin.*, lib. 26, num. 57. — ^{s)} *Fili.*, tr. 1, cap. 5, num. 86. — ^{t)} *Henriq.*, lib. 1, cap. 29, n. 2 et 3. — ^{u)} Tit. 1, de Administr. sacram. generaliter, num. 4. — ^{v)} Disp. 16, sect. 3, v. *Sed quaeret.*

Sac. i. g., cap. 11, § 5, n. 16, dicit etiam mortaliter peccare eum qui in statu peccati mortalis absolveret moribundum, non elicto actu contritionis.

^{b)} Seu potius Contin. Tourneley *innuit*, dicens obstetricem toties peccare quoties in peccato mortali baptizat; quin etiam gravius peccare quam sacerdotem, « quia haec necessitas casus praevidere debuit, non ille ».

34. — ^{a)} Merbesius, *Sum.*, de Poenit., qu. 23, concl. 6, videtur id satis innuere,

haec autem certitudo nequit haberi per contritionem, quae difficilime et a paucis obtinetur.

Secunda vero sententia, probabilius et communis, negat necessitatē confessio- nis, et dicit sufficere quod eliciatur contrito. Hanc tenent Suarez⁶, Lugo⁷, asserens esse communem; Salmant.⁸, qui pariter asserunt communem esse hanc sententiam, scilicet quod satis sit elicere contritionem probabiliiter existimatam; item Silvester⁹, Laymann¹⁰, Navarrus¹¹, Victoria¹², Roncaglia¹³, Sporer¹⁴, Croix¹⁵, Viva¹⁶; Elbel^{b)}, qui etiam asserit com- munem; Bonacina¹⁷ cum Reginaldo, Fil- liuccio, Henriquez; et alii passim. — Proba- tur 1º. Ex Rituali Romano¹⁸, ubi dicitur: *Sacerdos..., si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit), ad sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde poeniteat. Sed si habeat copiam confessarii, et temporis locique ratio ferat, convenienti confiteri.* Nota, con- venit; ergo ex Rituali sufficit poenitire per contritionem, et confessio est de con- venientia, non de necessitate. — Proba- tur 2º. Ratione: tum quia in aliis sacra- mentis non habetur praeceptum neque naturale, neque divinum, neque ecclesiasticum de praemittenda confessione, ut habetur in suscipienda Eucharistia; tum quia, ut ait doctissimus Suarez¹⁹, licet confessio (ut vidimus) valde conveniat, tamen satis est ut sacerdos adhibeat diligenteriam moralē ad se justificandum

Probabi-
lius satis est
contrito.

per contritionem, quin summam adhibeat per confessionem. Nec eadem ratio currit pro materia et forma sacramenti, quam pro licta administratione sacramenti: ibi enim (ut diximus cum eodem Suarez^{c)}, *Lib. I.*, n. 33), cum agatur de substantia seu de veritate rei, probabilitas non potest efficere ut materia et forma inepta eva- dant apta; sed in licta administratione sacramenti, cum agatur tantum de modo, id est de honestate actionis, bene proba- bilitas efficit ut actio sit honesta, quando prudenter honesta judicatur, quamvis in se forte talis non sit.

35. — Quaeritur 3º. *An peccet mortali- ter sacerdos aut diaconus ministrans Eucharistiam in mortali?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Lugo¹, Sporer², Diana³. Et probabile putant Salmant.⁴ cum Silvio, Vasquez^{a)}, Gabriele^{a)}, Ledesma^{b)}, etc.; Viva^{b)}; Croix⁶ cum Arriaga, Aversa, Dicastillo, Amico^{b)}, Bernal^{a)}, etc. — Ratio, quia distribuens Eucharistiam, cum non conficiat sacra- mentum, tantum remote cooperatur ad productionem gratiae. Non ponit enim actionem per se causantem gratiam, sed tantum applicat activa passivis; nec agit is nomine Christi, cum Christus non requiri-

^{a)} De Sacram. i. g., disp. 8, n. 155. — ^{b)} Part. 1, cap. 3, n. 172. — ^{c)} Part. 2, tr. 14, resol. 23, (dicens probabile esse de sacerdotate). Cfr. part. 3, tr. 4, resol. 198, ubi absolute de diacono. — ^{d)} Tr. 1, cap. 7, n. 100. — ^{e)} Silvius, in 3 P., qu. 64, art. 6, quaer. 1, concl. 4. — ^{f)} De Sacram. i. g., qu. 1, art. 4, n. 4, v. *Dico 2º.* — ^{g)} Lib. 6, part. 1, n. 94. — ^{h)} Arriaga, de Sacram. i. g., disp. 20, n. 5. — ⁱ⁾ Aversa, de Euchar., qu. 10, sect. 5, v. *Quinto.* — ^{j)} Dicast., tr. 1, de Sacramentis in genere, disp. 3, dub. 10, num. 232 et 233. — ^{k)} Disp. 16, sect. 4, v. *Ad fundamentum*, et disp. 72, sect. 4, v. *Quarto.* — ^{l)} De Sacram. in gen., cap. 11, § 5, num. 17. — ^{m)} De Sacram. i. g., n. 29. — ⁿ⁾ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, v. *Colliges 3.* — ^{o)} Loc. cit. — ^{p)} De Sacram., cap. 2, qu. 6, resp. 2. — ^{q)} Lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 7 et n. 8, v. *Amplia 2.* — ^{r)} Gonet, Clyp., de Sacram. i. g., disp. 6, n. 108 et 109. — ^{s)} Bonac., disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 1, n. 13 et 14. — ^{t)} Valent., in 3 Part., disp. 3, qu. 5, punct. 3 (ubi loquitur de solemnī sacramentorum administratione in genere). — ^{u)} Coninck, qu. 64, n. 85. — ^{v)} Villal., part. 1, tr. 4, diff. 14, n. 1 et 2. — ^{w)} Lib. 6, part. 1, n. 94. — ^{x)} Part. 2, cap. 1, de Sacram. i. g., n. 26. — ^{y)} Tit. 1, de Administr. sacram. generaliter, n. 4. — ^{z)} Rit. Rom., tit. 4, cap. 1, de SS. Euchar. Sacram., num. 1.

hoc in casu requiri, sed subdit: « Quamvis ob majorem de statu gratiae securitatem, oportet confiteri ».

^{c)} Ita sane habebatur loco citato in quinque prioribus Operis editionibus; sed in posterioribus, inde a sexta et in hac nostra editione, lib. 1, n. 42, eamdem profecto sententiam tuetur S. Doctor, sed non citat amplius Suarezum.

35. — ^{a)} Vasquez, disp. 136, cap. 3, n. 39; Gabriel a S. Vincentio, de Sacram. i. g., disp. 7, qu. 5, v. *Infertur 3.* absolute hanc sententiam tenent; sicut et Bernal, disp. 17, sect. 6, § 3, n. 123.

^{b)} Petrus de Ledesma, Sum., de Sacram. i. g., cap. 6, post concl. 8, dub. 5, potius tenet

siverit ut distribuens sit persona sacra: olim enim etiam laici communionem sibi vel aliis porrigeant.

Secunda vero sententia, quam sequi- mur, affirmat; eamque tenent Suarez⁷, Concina⁸, Holzmann⁹, Contin. Tourneley¹⁰, Viva¹¹, Antoine¹², Laymann¹³, Roncaglia^{c)}; item Gonet, Bonacina, Valentia, Coninck, Filiuccius^{d)}, Villalobos, etc., apud Croix¹⁴.

S. Doctor
ait esse le-
thale.

Probatur ex can. *Sciscitantibus, [caus.] 15, qu. 8*, ubi Nicolaus I, loquens de sacerdote adultero Eucharistiam ministrante, dicit: *Mali bona administrando, se tantummodo laedunt.* Et cum haec materia de qua agitur sit gravis, consequenter graviter se laedunt. — Item probatur ex Catechismo Romano¹⁵, ubi dicitur: *Si homini peccatis contaminato minus licet de rebus divinis agere, quantum ab eo scelus concipi existimandum erit, qui sibi multorum scelerum conscius est, nec tamen sacra mysteria polluto ore confidere, vel in foedas manus sumere, contractare, atque aliis porrigeret et ministrare vereatur?* — Item ex Rituali Romano¹⁶, ubi: *Impure... et indigne ea ministrantes (sacra- menta) in aeternae mortis reatum incurunt.* Et de sacr. Euchar. dicitur:

art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. *Colliges 3.* — ¹¹ Loc. cit. — ¹² De Sacram., cap. 2, qu. 6, resp. 2. — ¹³ Lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 7 et n. 8, v. *Amplia 2.* — ¹⁴ Gonet, Clyp., de Sacram. i. g., disp. 6, n. 108 et 109. — ¹⁵ Bonac., disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 1, n. 13 et 14. — ¹⁶ Valent., in 3 Part., disp. 3, qu. 5, punct. 3 (ubi loquitur de solemnī sacramentorum administratione in genere). — ¹⁷ Coninck, qu. 64, n. 85. — ¹⁸ Villal., part. 1, tr. 4, diff. 14, n. 1 et 2. — ¹⁹ Lib. 6, part. 1, n. 94. — ²⁰ Part. 2, cap. 1, de Sacram. i. g., n. 26. — ²¹ Tit. 1, de Administr. sacram. generaliter, n. 4. — ²² Rit. Rom., tit. 4, cap. 1, de SS. Euchar. Sacram., num. 1.

eam sententiam quam ipse S. Alphonsus sequitur: etsi enim hanc priorem probabilem appellat (in edit. lat., parum fideliter habetur *probabiliorum*); concludit tamen contrarium esse communem et ordinariam proindeque in praxi tenendam. — Amicus denique, tom. 7, de Sacram., disp. 9, n. 8, primam hanc sententiam probabiliorum existimat.

^{c)} Roncaglia, tr. 18, qu. 1, de Euchar., cap. 4, qu. 3, resp. 1, asserit majorem theologorum partem docere id esse mortale, ceterum non deesse autores qui contrarium doceant. Non aliud.

^{d)} Filiuccius, tr. 1, cap. 5, n. 87, v. *Quinto*, valde probabile esse ait. Cfr. tr. 4, cap. 9, n. 273.

dum scribit: « Diaconi, subdiaconi, solemniter sua munia obituri, qui sibi sunt peccati mortalis consci, ex jure divino tenentur con- fiteri, si adsit copia confessoriis». Et hanc, quae sacerdoti sacramenta conferenti appli- carci potest, debilem tamen, rationem assignat: « Diaconos... et subdiaconos, qui in mortali sui ordinis actum solemniter exercent, constat peccare lethaliter ».

^{b)} Elbel, de Sacram. i. g., confer. 2, n. 49, ita sane docet: nullo scilicet jure confessionem

Omnibus quidem Ecclesiae catholicae sacramentis religiose sancteque tractandi magna ac diligens cura adhibenda est; sed praecepit in administrando ac suscipiendo SS. Eucharistiae sacramento.

Ratio igitur nostrae sententiae est, quia sacerdos ministrans Eucharistiam in mortali, gravem irrogat injuriam huic sacramento, eo quod, ut minister ad illud dispensandum consecratus, ipsum indigne ministrat. Et sicut in aliis sacramentis minister proxime per confectionem concurrit ad sanctificationem suscipientium: ita hic proxime concurrit per dispensationem, cum minister Eucharistiae non possit ut ministrum se exhibere aliter quam per dispensationem; juxta illud D. Pauli, I. Cor. iv: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.* — Nec valet dicere quod sacerdos non sit a Christo praecipue deputatus ad Eucharistiam ministrandam, ex eo quod olim etiam per laicos hoc fiebat. Nam licet per accidens in necessitate hoc laicis permisum est, sicut etiam et baptizare; tamen nemo potest negare quod minister ordinarius et ex officio ad Eucharistiam dispensandam sit solus sacerdos, vel diaconus ex commissione.

Hinc dicimus cum Mazzotta¹, Holzmann², quod celebans in mortali quatuor sacrilegia committit^{e)}: 1º quia sacramen-

Celebante in mortali, quadruplex sacramenta.

tum conficit; 2º quia suscipit; 3º quia ministrat sibi indigno, ut bene advertunt Holzmann³, Croix⁴, Suarez^{f)} et Lugo⁵: cum enim celebrans tunc duas agat partes, alteram ut sumens, alteram ut minister, ideo duo sacrilegia committit; prout diximus de contrahente matrimonium in mortali, qui duplicitate graviter peccat, quia nimis suscipit, et quia ministrat sacramentum. (De his tribus sacrilegiis jam diximus Lib. V, n. 44, v. Tria). 4º. Sacrilegium committit, quia Eucharistiam ministrat in mortali, prout mox supra probavimus.

Utrum autem ministrans Eucharistiam unum peccatum committat vel plura, quot sunt ii qui successive suscipiunt? — Bonacina⁶ cum Coninck et aliis affirmit; quia singulae distributiones sunt singula convivia et actiones completae. — Sed probabilius dicunt Henno⁷, Viva⁸; et Filiiuccius ac Henriquez, apud Bonacina, pluralitatem communicantium constituere tantum circumstantiam aggravantem^{g)}, sed non multiplicatatem peccatorum, cum verius sit una actio moralis et unum convivium: quod unum sane dicitur, quamvis ex pluribus constet convivis. Hinc dicit Rituale: *Ubi vero omnes communicaverint, sacerdos... dicere poterit: O sacrum convivium, etc.*

Valde autem probabilius ait Contin. Tournely⁹ cum D. Thoma^{h)}, quod peccat

Pluralitas
communican-
tium non multi-
plicat pec-
catum.

¹ Tr. 5, disp. 1, qu. 2, cap. 8, v. *Ex dictis inferes.* — ² De Sacram. i. g., n. 26. — ³ Loc. cit. — ⁴ Lib. 6, part. 1, num. 58. — ⁵ De Sacram. i. g., disp. 8, num. 199 et 202. — ⁶ Disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 8, punct. 2, § 1, n. 15. Coninck, qu. 64, n. 35. — ⁷ De Sacram. i. g., disp. 4,

^{e)} Mazzotta tamen probabile existimat quod quartum peccatum non sit mortale.

^{f)} Suarez, in 3^{am} Part., disp. 67, sect. 1, v. *Sed quaeret*, non loquitur nisi obiter de celebrante in mortali; sed expresse tractat de sacerdote vel diacono communicante seipsum in mortali. Et dicit « ibi reperiri plures malitias secundum moralem speciem diversas, ut rationes prius factae probant; quia mortaliter aliud est agere, aliud recipere... [sive, ut rationes factae probabant, quia « violat duo praecipa valde distincta: alterum de receptione sacramenti cum dispositione digna, quod omnibus fidelibus commune est: alterum, de fideli et prudenti dispensatione, quod specialiter ad ministros pertinet »]. Quapropter in ordine ad confessionem, non est dubium quin necessarium sit utrumque ape-

rire: non enim satis esset dicere dispensasse sacramentum in peccato mortali, ut est per se notum; nec etiam sufficeret dicere communicasse in peccato mortali, quia non explicaret tota essentialis malitia: sed oportebit dicere vel celebrasse in peccato mortali, quia in hoc omnia includuntur, vel si extra sacrificium seipsum communicavit, oportebit illud explicare propter rationem factam, et praeterea, quia in peccato mortali dispensavit tantum sacramentum, quod est novum malitiae genus ». Suarez igitur istas malitias admittit in simplici facto se ipsum communicandi in peccato mortali.

^{g)} Viva, Filiiuccius et Henriquez omittunt esse aggravantem circumstantiam; in reliquis tamen concordant.

^{h)} S. Thomas, in 4, dist. 24, qu. 1, art. 3,

Tangere
Eucharis-
tiastam in
mortali,
valde pro-
babili-
ter
lethalite.

graviter qui existens in mortali, Eucharistiam ex officio tangit immediate vel mediate, puta gestando in processione vel populum benedicendo; hocque expresse videtur docere S. Dionysius^{k)} apud Tournely^{h)}, dicens: *Qui tangunt res sacras, quasi suo officio utentes, peccant mortaliter.*

Probabi-
liter, non le-
thalite.

Sed non improbabilius Bonacina¹, Croix², Lugoⁱ⁾, Anacletus³, Holzmann⁴, Elbel⁵ et Salmant.⁶ et Busenbaum (ut supra, [n. 30], ad 7) cum Suarez, Vasquez^{j)}, Laymann^{l)} et Coninck, id negant; quia haec non est administratio sacramenti, nec videtur materia tam gravis, ut peccatum mortale inducat. Dicit enim Suarez⁷: *Cum aliae actiones praeter sacramenta, non sint ad sanctificationem per gratiam proxime ordinatae, neque in eis se exhibeat sacerdos ut minister Dei sanctificantis animam, non est tam gravis causa et ratio exigendi internam animae sanctitatem ad eas exercendas. Ergo illas in peccato effici ex parte materiae, non videtur esse grave sacrilegium.*

36. — Quaeritur 4º. An peccat graviter confessarius excipiens confessionem in mortali, cum proposito eliciendi contritionem antequam absolvat?

¹ Disp. 1, de Sacram. in genere, qu. 3, punct. 2, § 1, num. 13. — ² Lib. 6, part. 1, n. 101. — ³ Tr. 14, dist. 1, num. 58. — ⁴ De Sacram. in gen., num. 29, v. *Dices 2.* — ⁵ De Sacram. i. g., confer. 2, n. 50. — ⁶ Tr. 1, cap. 7, n. 106. — ⁷ *Suar.* — ⁸ *Sed obiecties.* — Coninck, qu. 64, num. 39. — ⁹ Disp. 16, sect. 3, v. *Atque hinc.* — ¹⁰ Clyp., de Sacram. i. g., disp. 6, n. 107. — ¹¹ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. *Colliges 2.* — ¹² De Sacram. i. g., disp. 8, n. 158. — ¹³ Part. 1, cap. 8, n. 173. — ¹⁴ Loc. cit., n. 50. — ¹⁵ Part. 1, tr. 7, resol. 47. — ¹⁶ Loc. cit., n. 107. —

Henriq., lib. 6, cap. 18, n. 6. lit. u. — ¹⁷ Lib. 6, part. 1, n. 102. — *Jacob. Marchant*, Resolut. pastor. de Sacram., tr. 1, cap. 4, qu. 2, n. 3. — *Rhodes*, de Sacram. i. g., disp. 1, qu. 4, sect. 4, § 2, v. *Ad tertiam.* — *Moya*, tr. 4, qu. 1, n. 34. — *Gobat*, tr. 2, n. 150. — *Dicast.*, tr. 1, de Sacram., in genere, disp. 3, dub. 10, num. 248; et tr. 8, de *Poenit.*, disp. 6, dub. 9, num. 135, in fine. — *Aversa*, de *Poenit.*, qu. 16, sect. 10, v. *Dicit tamen.* — *Bernal*, disp. 17, n. 147, v. f. — *Bosco*, de *Sacramentis* in genere, disp. 1, sect. 7, num. 169. — *Lugo*, loc. cit., num. 159. — *Croix*, loc. cit., num. 102. — *Croix*, loc. cit. — *Gobat*, loc. cit.

solut. 5, ad 4, utique scribit: « *Quandocumque exhibet se in aliquo actu ut minister Ecclesiae, mortaliter peccat...* Quia, ut dicit Dionysius...: *Immundis nec symbola, id est, sacramentalia signa, tangere fas est; unde [pergit S. Thomas] quando tangunt res sacras, quasi suo officio utentes, peccant mortaliter.* » Et re quidem vera Areopagita, in suo libro *de Eccles. Hierarchia*, cap. 1, n. 5, scribit: *Profanis vel ipsa signa tangere nefas esse.* Hinc, quae S. Alphonsus ex Contin. Tournely transcripsit tamquam Dionysii verba, textus sunt ipsius D. Thomae.

ⁱ⁾ Lugo, de Sacram. i. g., disp. 8, n. 155, loquitur de eo qui Eucharistiam in mortali administrat; et pariter Vasquez, disp. 136, cap. 3, n. 39; addens cap. 4, idem esse, (sci-

licet non peccare lethaliter) de conficiente sacramentalia.

^{j)} Laymann, lib. 5, tr. 1, cap. 5, n. 10, dicit in utramque partem « *probabiliter disputari* » posse utrum sit mortale, si « *populum interdum cum Venerabili Eucharistiae sacramentum beneficat* ».

36. — a) Escobar, lib. 8, de Sacram. i. g., sect. 2, n. 234 et 235, ita sane docet; excipit tamen casum urgentissimae necessitatis propter inadvertitiam aut perturbationem. Et idem tenent Suarez, de *Poenit.*, disp. 28, sect. 1, n. 3; et Franciscus de Lugo, de *Sacram.*, lib. 1, cap. 2, n. 38.

^{b)} Marchant, quidquid asserat Croix (ex Gobat, ut videtur), scribit tantum loc. cit., quod si intendat se per contritionem disponere

Probabi-
liter peccat
lethaliter.

Probabi-
lius non
peccat le-
thaliter.

nam licet gratia non conferatur nisi forma expleta, tamen valor sacramenti et collatio gratiae non tam pendet ab ultimis verbis formae quam a primis. Unde sacerdotem qui eam incipit in mortali, merito dicit Aversa apud Croix graviter peccare; quia jam irrogat injuriam sacramento, conferendo illud in mortali.

Quaeritur 5^o. *An confessarius plures successive absolvens in mortali plura peccata committat?* — Vide dicta Lib. V, n. 50, Qu. 6, ubi veriorem esse diximus sententiam affirmativam; quia singulae absolutiones sunt singula sacramenta.

37. — II^o. Quod autem pertinet ad alias FUNCTIONES SACRAS quae non sunt confectiones neque administrationes sacramentorum. — Quaestio est: *an minister qui ex officio illas exercet in mortali peccet mortaliter?*

Prima sententia, pro qua certe videtur esse D. Thomas¹ (quidquid aliqui dicant), et sequuntur alii apud Juenin², dicit omnes exercentes ex officio functiones ordinis suscepti ab episcopo usque ad ostiarios, in mortali, culpam gravem committere. Haec verba D. Thomae: *Quicumque autem cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, non est dubium quin indigne illud faciat; unde patet quod mortaliter peccat.*

Secunda vero sententia, communior et satis probabilis, negat. Et hanc tenent

Aversa, de Sacramentis in genere, qu. 64, sect. 4, v. *Sexto* (post *Dico 2*). — *Croix*, lib. 6, part. 1, num. 102. — ³ In 4, dist. 24, qu. 1, art. 3, solut. 5, corp. et ad 4. — ⁴ *Institut.*, part. 8, dissert. 1, qu. 6, 4, quær. 4. — ⁵ De Sacram. i. g., n. 24. — ⁶ Tr. 14, dist. 1, n. 58. — ⁷ Disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 1, n. 4. — *Sotus*, in 4, dist. 24, qu. 1, art. 4, v. *Ad secundum*. — *Valent.*, in 3^o Part., disp. 3, qu. 5, punct. 3, v. *Secundo intelligitur*. — *Fill.*, tr. 1, cap. 5, n. 87. — ⁸ Tr. 1, cap. 7, n. 101 et 102. — *Vasq.*, disp. 136, cap. 4, n. 48. — *Villal.*, part. 1, tr. 4, diff. 14, n. 6 et 7. — *Jacob.* de *Granado*, in 3 P., controv. 3, de Sacram. i. g., tr. 5, disp. 5, n. 7. — ⁹ Tr. 1, cap. 7, n. 108. — ¹⁰ Disp. 16, sect. 3, v. *De altis vero duabus*. — ¹¹ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 152. — ¹² In 4, dist. 24,

Suarez¹³, Holzmann¹⁴, Anacletus¹⁵ cum Mastrio¹⁶; Bonacina¹⁷ cum Soto, Valentia, Filiuccio, etc.; Salmant.¹⁸ cum Vasquez, Villalobos et Granado. — Ratio 1^a: quia, ut ait Suarez (cujus verba retulimus supra, n. 35, *in fine*), omnia alia exercitia ordinum, praeter confectionem vel administrationem sacramentorum, cum non sint proxime ordinata ad sanctificationem animae, non videntur exigere sub gravi exercitum sanitatem. — Ratio 2^a: quia (ut bene ajunt Salmant.¹⁹) ubi non constat de pracepto, non est facile imponenda obligatio sub mortali; in his autem functionibus quas diximus, non constat de tali pracepto: unde gravitas obligationis desumenda est a materia; et cum haec materia non videatur, saltem non constet esse tam gravem, videtur quod exercere tales functiones in mortali non excedat culpam veniale: quae tamen erit eo gravior, quo actiones magis accidunt ad sacramenti ministerium.

38. — Hinc infertur 1^o. Esse probabile quod non peccent graviter diaconi et subdiaconi qui in mortali altari ministrant. — Ita Suarez²⁰, Lugo²¹, Sotus²², Laymann²³, Vasquez²⁴, Coninck²⁵, Salmant.²⁶, Holzmann²⁷, Anacletus²⁸, Sporer²⁹, Elbel³⁰; Croix³¹ cum Dicastillo; Bonacina³² cum Valentia, Filiuccio, Angles, et alii plures. Nec dissentit Antoine³³. (Contra Wigandt³⁴, Contin. Tournely³⁵, Concina³⁶,

Objectio-
nibus satis-
fit.

Corolla-
rium pro
diacono et
subdiacono.

« ante consummatum actum sui ministerii, puta ante absolucionem, in qua consummatur sacramentum Poenitentiae, non censetur peccasse mortaliter, quia sufficit esse in gratia ante illam consummationem et perfectionem actus principalis ministrandi ».

37. — ^{a)} Suarez, *Theol. mor.*, disp. 16, n. 42, de actu ordinis sacri sic loquitur: « Quamvis...

diacono et subdiacono exercente solemniter actum sui ordinis; pariter pro episcopo et sacerdote sacramentalia exercente, limitat suam doctrinam, dicens difficile esse a mortali excusandos, si frequenter vel ex consuetudine eos actus, in mortali exerceant.

^{b)} Mastrius, *Theol. mor.*, disp. 16, n. 42, de actu ordinis sacri sic loquitur: « Quamvis...

Petrocoreensem¹ et alios ex D. Thoma²). — Et hoc, etiamsi frequenter ipsi ministrant; ut dicunt Coninck³, Croix⁴, Bonacina, et Salmant.⁵ cum Vasquez: contra Filiuccium, Suarez et Laymann, qui frequentiam damnant de mortali, cum illa videatur esse virtualis contemptus. Sed verius (ut diximus Lib. IV, n. 161, Qu. 3, v. *Quarta*), juxta doctrinam D. Thomae, frequentia per se nequaquam constituit contemptum.

Objiciunt 1^o illud Apostoli ad Tim. I, III, ubi dicitur quod diaconi debent esse *habentes mysterium fidei in conscientia pura*. Ergo (ut dicunt) qui ministrant cum peccato agunt contra Apostoli praecauptum. — Sed respondetur quod diaconi tempore Apostoli (ut ferunt Tournely⁶ et ipse Auctor Petrocorensis⁷) ex officio Eucharistiam atque Baptismum fidelibus ministrabant. Id enim testatur S. Justinus (apud Petrocoreensem), dicens: *Qui apud nos vocantur diaconi... distribuunt... panem, etc.; porro alimentum hoc apud nos vocatur Eucharistia*. Et Tertullianus (apud Tournely⁸) ait: *Dandi Baptismi has... episopus; deinde presbyteri et diaconi, non tamen sine episopi auctoritate*. Ergo merito, ob reverentiam Baptismi et Eucharistiae, quorum administratio diaconis committebatur, puram conscientiam in eis Apostolus requirebat.

Objiciunt 2^o textum in cap. *Quaesitum, de cohab. cler. etc.*, ubi dicitur clericus concubinarius occultus esse sub mortali⁹ quoad seipsum suspensus ab officio; et praecipue alium textum in cap. *Quaesitum, ult. de temp. ord.*, ubi Gregorius IX,

¹ De Sacram. in genere, cap. 5, qu. 5, resp. 2, cas. 4. — ² In 4, dist. 24, qu. 1, art. 3, solut. 5, corp. — ³ Qu. 64, num. 40. — ⁴ Lib. 6, part. 1, num. 98. — ⁵ Bonac., loc. cit. n. 7, *in fine*. — ⁶ Tr. 1, cap. 7, n. 104. — ⁷ Vasq., loc. cit. n. 47. — ⁸ Fill., loc. cit. — ⁹ S. Thom., cap. 5, tr. 1, cap. 5, n. 10. — ¹⁰ Lib. 6, part. 1, n. 103. — ¹¹ Anaclet., can. *Episcopatus Deo 59*, de consecr., dist. 1. — ¹² Disp. 69, sect. 3, v. *Ad secundum*. — ¹³ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. *Collig. 6*. — ¹⁴ De Sacram. in genere, cap. 11, § 5, num. 21 et 22.

sententia [haec] sit maxime probabilis, in praxi tamen tutius est ut, antequam minister functionem solemnem cujuscumque ordinis sacri exerceat, si peccati mortaloris conscientia sit, actum contritionis semper praemittat».

38. — ^{a)} Scilicet: esse « pro mortali pec-
cato » suspensum ab officio, « quoad se ipsum ».

loquens de sacerdotibus et aliis clericis existentibus in peccato mortali occulto¹⁰, dixit: *Si non poenituerint, monendi sunt, et sub intermissione divini judicii obte-standi, ut in testimonium suae damnationis in suspectis etiam ordinibus non ministrent*. — Sed respondetur 1^o cum Lugo¹¹ et Croix¹², quod Gregorius recte dixit tales clericos peccare graviter ministrando in mortali¹³; quia, juxta decre-
tum Anacleti Papae et canonem Aposto-
lorum nonum (cujus verba afferit Suarez¹⁴), minstri altaris tunc temporis tenebantur communicare in Missa; et in hoc sensu verum est quod per quodlibet peccatum mortale diaconi et omnes alii altari mini-
strantes suspensi erant ab exercitio suo-
rum ordinum. — Resp. 2^o quod si hic textus rigorose intelligendus esset, etiam clerici minores exercendo actus suorum ordinum peccarent mortaliter. Sed hoc nec etiam auctores contrarii audent asser-
tere; et ipse Contin. Tournely¹⁵ expresse oppositum censet, dicens in hoc convenire omnes theologos¹⁶: tum quia munia cle-
ricorum minorum etiam a laicis exerce-
tur, tum quia eorum functiones valde di-
stant ab actione Sacrificii. Unde, cum textus nimis videatur probare, intelligen-
dus est Gregorius minime voluisse jus novum condere, sed tantum explicasse (ideo dixit *monendi sunt*) naturalem obli-
gationem ministrantium altari, pro subje-
cta materia abstinendi ab exercitio ordi-
num, juxta qualitatem reverentiae quam quilibet ordo pro sua dignitate requirit. Aliam enim reverentiam requirit admini-
stratio sacramentorum, et quidem sub

resp. 2. — *S. Justin.*, Apolog. 1, pro Christianis, n. 65 et 66. — *Petrocor.*, loc. cit. Cfr. Migne, Pratrol. graeco-lat., tom. 6, col. 427-428. — *Tertull.*, de Baptism., cap. 17; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 1, col. 1218. — ⁸ Praelect. de Sacr. Ordinis, qu. 6, art. 3, concl. v. *Secundo*. — ⁹ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 147. — ¹⁰ Lib. 6, part. 1, n. 103. — ¹¹ Anaclet., can. *Episcopatus Deo 59*, de consecr., dist. 1. — ¹² Disp. 69, sect. 3, v. *Ad secundum*. — ¹³ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. *Quod special.*

^{b)} Cap. *Quaesitum* loquitur de iis « qui per reatum adulterii, perjurii, homicidii vel falsi testimonii bonum conscientiae rectae per-
diderunt ».

^{c)} Si nempe totum officium exerceant, quia ministri altaris communicare debebant.

^{d)} Fere omnes.

gravi; aliam exigunt aliae functiones, et non tantam, maiorem tamen aut minorem, juxta (ut diximus) proximitatem quam habet functio illa ad sacramentum.

39. - Infertur 2^o. Probabiliter non peccare graviter episcopum qui in mortali conficit chrisma vel oleum sanctum; ut tenent Palaus¹, Vasquez², Salmantic.³, Croix⁴; Holzmann⁵ cum Herinex; Bonacina⁶ cum Suarez^{a)}, Soto^{b)}, Coninck, Filiuccio^{b)}, Sayro^{b)} et aliis. — Contra Contin. Tournely⁷, et alios cum Lugo⁸, qui putat id esse mortale, eo quod chrisma vel oleum, quod necessario debet esse ab episcopo benedictum, est materia sacramenti sine qua non fit sacramentum. Sed respondeatur quod, licet chrisma vel oleum non sit materia apta nisi benedicatur ab episcopo; tamen episcopus materiam benedicens non peccat mortaliter, quia remote semper concurrevit ad productionem gratiae: alias quicunque pararet materiam ad alia sacramenta in mortali, graviter etiam peccaret. Per accidens enim se habet quod chrisma vel oleum pro confectione Confirmationis et Extremae Unctionis non sit materia apta nisi ab episcopo benedicta.

¹ Tr. 18, punct. 6, n. 4. — ² In 3 P., disp. 136, cap. 4, num. 48. — ³ Tr. 1, cap. 7, num. 101. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 96. — ⁵ De Sacram. i. g., n. 30. — ⁶ Herinex, de Sacram. i. g., disp. 3, n. 54. — ⁷ Disp. 1, de Sacram. i. g., punct. 2, § 1, n. 8. — ⁸ Disp. 1, de Sacram. i. g., punct. 2, § 2, v. Collig. 6. — ⁹ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. Collig. 6. — ¹⁰ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 156. — ¹¹ Silvest., v. Clericus II, n. 2, § Octavo. — ¹² Cajetan., in 3 P., qu. 64, art. 6, in resp. ad 1. — ¹³ Lugo, loc. cit., n. 152 et 155. — ¹⁴ Vasq., disp. 136, cap. 4, n. 48. — ¹⁵ Laym., lib. 5, tr. 1, cap. 5, num. 10. —

39. — a) Suarez haec utique docet, disp. 16, sect. 3, v. Atque hinc, sub limitatione tamen de qua superius in nota a, ad n. 37.

b) Sotus, Sayrus non loquuntur de praesenti casu, quavis Sotus, in 4, dist. 24, qu. 1, art. 4, concl. 7, v. Ad secundum, rationem universalem afferat, quae huic casui applicari plane potest; loquens enim de diacono et subdiacono munera sui ordinis in mortali exercente, negat peccare mortaliter, quod « non sit actio habens in se sanctitatem, quia non est administrare sacramentum ». — Filiuccius, tr. 1, cap. 5, n. 87, v. Quarto, loquitur solum de ministro sacramentalium.

40. — a) Non omnes hic citati auctores omnia allata exempla proponunt.

b) Silvester et Cajetanus loquuntur generaliter

40. — Infertur 3^o. Communissimam et probabiliorem esse sententiam, quod non peccet mortaliter episcopus vel sacerdos qui in mortali consecrat templum, benedit vestes sacras aut corporalia, assistit matrimonio, benedit cineres, aquam lustralem^{a)}, etc.; ut (contra Silvestrum, Cajetanum, etc.^{b)}, apud Busenbaum) tenent Lugo, Vasquez, Laymann, Coninck; item Gonet⁹, Antoine¹⁰, Croix¹¹; et Salmant.¹² cum Suarez^{c)}, Bonacina et Ledesma, ac non dissentit [Contin.] Tournely¹³.

41. — Quaeritur autem: *an concionator in peccato mortali peccet mortaliter?*

Prima sententia affirmit; et hanc tenent Cajetanus^{a)}, Merbesius^{b)}, Juenin¹⁴, Contin. Tournely¹⁵, et alii apud Diana¹⁶. Et pro hac sententia videtur etiam esse D. Thomas¹⁷, ubi dicit concionantem in mortali, etiam occulto, graviter peccare, eo quod (ut ait) *impedit finem doctrinae...*, *quia ore se profitetur nosse Deum, factis autem negat*.

Alli vero diversa ratione utuntur; dicunt enim peccare mortaliter, quia in mortali exercet actum ordinis.

Secunda vero sententia communior et probabilior negat^{c)}. Et hanc tenent Go-

Item, con-
secrate tem-
pla, bene-
dicere ve-
stes, etc.

Concionari
in mortali,
juxta alios
lethale.

Probabi-
lius nega-
tur de oc-
culto pecca-
tore.

net¹, Suarez², Lugo³, Palaus⁴; Bonacina⁵ cum Vasquez et Sayro^{d)}, Sporer⁶, Croix⁷, Salmant.⁸; Diana⁹ cum Valentia, Villalobos, Torres, Laymann et aliis pluribus. Ratio: tum quia nulla patet lex divina vel ecclesiastica prohibens sub gravi peccatoribus abstinere a praedicatione; tum quia actus praedicandi non tendit immediate ad sanctificandum hominem, cum de se non causet gratiam, sicut causant administrationes sacramentorum. — Nec obstat ratio oppositae sententiae, nempe quod peccator praedicans in mortali graviter peccet, quia exercet indigne officium ordinis. Nam respondeatur aliud esse exercere officium ordinis, aliud officium annexum ordini. Qui enim exercet officium ordinis, cum hoc ordinetur ad Eucharistiam, illud indigne ministrans, Eucharistiae probabiliter injuriam irrogat. (Dico probabiliter; quia oppositum etiam est probabile, ut diximus n. 35, v. Valde, cum tale exercitium non sit proxime ordinatum ad productionem gratiae, prout est administratio sacramenti). Qui vero exercet officium praedicandi, cum hoc sit tantum extrinsece annexum ordini, et per se dumtaxat ordinatum ad proximum, peccator praedicans non infert injuriam ordini, sed proximo; unde juxta injuriam quae proximo irrogatur debet culpa mensurari. Hinc fit quod occultus peccator praedicans, cum nullum damnum irroget proximo, immo utilitatem afferat, ideo non est cur de mortali damnetur. Dixi: *de mortali*; nam communiter non excusat DD. a veniali, ob aliquam irreverentiam quae fit verbo divino. Hinc usus habet

quod praedicator ante concionem petere soleat benedictionem ab episcopo, dicens: *Munda cor meum, etc.*

Dicunt vero Suarez¹⁰, Sotus¹¹ et Diana¹², non excusari a mortali praedicatore cui ex officio incumbat concionari^{e)}, si praedicit existens publicus peccator: quia tunc scandalum praebet impeditum finem doctrinae. — Et huic sententiae videtur postea se conformasse D. Thomas. Nam licet¹³ asseruerit quod tam occultus quam notorius peccator mortaliter peccet concionando; tamen, ut advertit Pater Concina¹⁴, videtur S. Doctor doctrinam illam voluisse postmodum delinire, et ad solos et publicos peccatores restringere: etenim¹⁵ sic inquit: *Cujus vita despicitur, restat ut ejus praedicatio contempnatur. Unde publicus et famosus peccator cavere debet sibi ne praedicet; alias peccat.* Et hoc potius intelligendum videtur, si concionator inciperit vitium de quo ipse publice est diffamatus; juxta illud Rom. cap. II, ubi Apostolus dicit: *Qui... alium doces, te ipsum non doces: qui praedicas non furandum, furaris: qui dicas non moechandum, moecharis... Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.*

42. — « Resp. II^o. Requiritur praeterea « ut exhibeat ac curet non tantum quae « ad substantiam sacramenti sunt neces- « saria, sed etiam quae ad decorem, sive « ex natura rei sive ex pracepto Eccle- « siae, spectant. — Ratio prioris, quia « alioqui sacramenta de honestat et tractat « indigne. Ratio posterioris, quia sacra- « menta sancte sunt tractanda; et pree- « cepta Ecclesiae obligant in conscientia.

Sacra-
menta mi-
nistrica
cum decore
praescripto.

¹ Man., tr. 2, de Sacram. i. g., cap. 7, § 3, v. Collig. 9. — ² Disp. 16, sect. 3, v. *Hinc vero*, et de Carit., disp. 8, sect. 4, n. 6. — ³ Disp. 8, n. 152. — ⁴ Tr. 6, disp. 3, punct. 7, n. 7. — ⁵ Disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 1, n. 8. — ⁶ Vasq., disp. 136, cap. 5. — ⁷ Part. 1, cap. 3, n. 174, III. — ⁸ Lib. 6, part. 1, n. 99. — ⁹ Tr. 1, cap. 7, n. 106. — ¹⁰ Part. 3, tr. 4, resol. 197; cfr. part. 7, tr. 3, resol. 14. — ¹¹ Part. 3, tr. 4, resol. 197; cfr. part. 7, tr. 3, resol. 14. — ¹² Valent., in 3^o Part., disp. 3, qu. 5, punct. 3, v. *Caeterum*. — ¹³ Villat.,

de concionatore in genere; alii, de concionatore qui, cum ipse sit in mortali, peccata aliorum in concione corripit; alii vero, de utroque; et Villalobos, part. 2, loc. cit., dicit mortale esse concionatorem peccatorem vitia corripere, nisi id faciat rogando et exhortando dumtaxat.

^{d)} Sayrus, de Sacram., lib. 2, cap. 7, qu. 4,

n. 5, hanc suam opinionem limitat ad peccatorem occultum; peccatorem vero publicum ait n. 9 peccare mortaliter concionando, « non solum ratione scandali..., sed etiam quia maximam irreverentiam irrogat verbo Dei ».

^{e)} Auctores isti non requirunt ut concionatori illi ex officio concionari incumbat; in reliquis vero concordant.

Utendum
materia et
formacerta.

« Unde resolvest:
 « 1º Peccat ministrans mortaliter: 1º Si
 « utatur materia vel forma falsa vel (extra
 « necessitatem) dubia. Bonacina¹. — 2º Si
 « omittat intentionem requisitam. Quod si
 « vero dubium oriatur, et non tantum
 « inanis scrupulus (is enim rejici debet),
 « an forma fuerit legitima vel an legitime
 « et integre prolata; tunc, etsi speculative
 « probabile sit formam esse legitimam, in
 « praxi tamen iteranda erit sub condi-
 « tione, quia tutius hic eligendum est ». (Juxta sensum communem Ecclesiae, ut
 videre licet in damnatione propositionis 1^{ae}
 facta ab Innocentio XI). — [Vide dicenda
 n. 57].

Verba for-
mae rite
pronuntian-
da.

Ceremo-
niae se-
rvandae.

Sacra-
menta, non
ministran-
da indigno.

« 2º Peccat quoque (graviter vel leviter
 « pro gravitate materiae): 1º. Qui verba
 « formae corrupte, inarticulate, indevote
 « pronuntiat. — 2º. Qui materiam vel for-
 « mam, vel caeremonias, contra Ecclesiae
 « morem, quamvis accidentaliter, sine
 « causa mutat vel omittit. Quod si fiat ex
 « contemptu, est mortale; si ex negligen-
 « tia, saepe est mortale, quando ea magna
 « est et in re gravi. Vide infra, [tr. 3],
 « cap. 4, dub. 5 ».

43. — « 3º. Peccat graviter qui ministrat
 « sacramentum publico peccatori, vel ali-
 « ter indigno: nisi indignitas sciatur ex
 « confessione, vel sit occulta indignitas,
 « et ex negatione sequeretur infamia, ut
 « patet ex praxi Ecclesiae et Christi, qui
 « Judae Eucharistiam dedit. Gravius pec-
 « caret qui, ne daret indigno, porrigeret
 « ei hostiam non consecratam, etsi sic
 « cum eo convenisset; aut qui, non audens
 « indigne celebrare, simularet Missam,
 « elevans hostiam non consecratam, quia,
 « quantum est ex se, dat occasionem ido-

¹ Disp. 1, de Sacram., qu. 2, punct. 1, n. 32. — ² Loc. cit., qu. 6, punct. 4. - ³ Suar., disp. 18, sect. 2. - ⁴ Continck, qu. 80, art. 6. — ⁵ 3 P. qu. 80, art. 6. — ⁶ Tr. 1, cap. 7, num. 72 et 73. — ⁷ De Sacramentis in genere, cap. 12, num. 8. — ⁸ Suar., disp. 67, sect. 1; et disp. 18, sect. 2. — ⁹ Lib. 6, part. 1, num. 137. — ¹⁰ Antoine, de Sacram., cap. 2, qu. 12, v. Hinc 1^o. — ¹¹ Disp. 18, sect. 2, v. Dico 1^o.

43. — a) Henriquez, lib. 1, cap. 30, n. 4, scribit pastorem ex officio teneri ne ministrat sacramentum peccatori, etiam parato indigne suscipere. Sed dubito an revera S. Alphonsus intenderit Henriquez: citatio enim videtur

« lolatriae. — Vide Bonacina², Suarez,
 « Coninck, etc., scholasticos ».

Super hoc puncto de negandis sacra-
 mentis indigno, plura utilia sunt notanda.

Dicendum 1º. Certum esse quod mini-
 ster graviter peccat ministrando sacra-
 menta indignis; ex communi, cum S. Tho-
 ma³, Salmant.⁴, Concina⁵, Suarez, Hen-
 riquez⁶, Croix⁷: ex illo Matth. vii, 6:
Nolite dare sanctum canibus.

Immo, in quibusdam sacramentis mi-
 nister, ut se fidelem dispensatorem praes-
 stet, non sufficit si potenter nesciat esse
 indignum, sed amplius tenetur prudentem
 rationem habere quod ille sit dignus. —
 In sacramento enim *Poenitentiae*, cum in
 eo omnino requiratur ad valorem poenitentis
 dispositio, minister, prout iudex ad
 hoc constitutus, debet de ea se certum
 reddere. — In sacramento *Baptismi*, debet
 etiam inquirere consensum et dispositio-
 nem baptizandi. — In sacramento quoque
Ordinis, episcopus debet certam habere
 scientiam de dignitate ordinandi: cum ad
 Ordinem, prout directum ad publicum
 bonum, nemo habeat jus nisi qui vocatur
 a Deo tamquam Aaron. (Vide super hoc
 dicenda n. 52). — In *Matrimonio* autem,
 sacerdos assistens debet inquirere in im-
 pedimenta, cum ad hoc constituantur ab
 Ecclesia.

In aliis vero sacramentis⁸, quidquid
 dicat Antoine, ea non sunt deneganda eis
 qui catholice vivunt, nisi constet de indi-
 gnitate potenter. Ita Suarez⁹, Lugo¹⁰,
 Escobar¹¹; Palau¹² cum Soto; Bonacina¹³,
 Elbel¹⁴; Croix¹⁵ cum Herinckx et Dicastro.
 — Ratio, quia ad haec alia sacramenta
 omnes fideles jus habent, et ministri non
 sunt judices, sed dispensatores; unde in

⁸ Disp. 8, n. 217; cfr. n. 194 et 195. — ⁹ Lib. 8, sect. 2, n. 340. — ¹⁰ Tr. 18, punct. 14, n. 2. - ¹¹ Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 6, concl. 2. — ¹² Disp. 1, de Sacram., qu. 6, punct. 4, n. 17. — ¹³ De Sacram. i. g., n. 36. — ¹⁴ Lib. 6, part. 1, n. 137. — ¹⁵ Herinckx, de Sacram. i. g., disp. 3, n. 60. - Dicast., tr. 1, de Sacramentis in gen., disp. 3, dub. 12, num. 271.

ex Croix deprompta; Croix vero non allegat
 Henriquez, sed Herinckx, non tamen ad praes-
 sentem casum.

b) Sotus de sola communione loquitur;
 Elbel, de omnibus sacramentis; Herinckx ex-

Ministrare
sacramenta
indignis, le-
thalie.

Quandoque
requiritur
prudens rati-
o quod sit
dignus.

Sacra-
menta, ne-
ganda pu-
blico pecca-
tori petenti.

Excipitur
articulus
mortis.

Occulto pecca-
tori occulte
petenti
deneganda.

Alias sa-
tis est non
constare de
indignitate.

eis non habent jus inquirendi, sed tantum
 debitum dispensandi omnibus qui petunt,
 modo isti non sint positive indigni, juxta
 praceptum praedictum: *Nolite dare san-
 ctum canibus*: ergo tantum indignis prohibi-
 bentur ministrari sacramenta. Ultraquam
 quod quisque naturaliter praesumitur bonus,
 ut dicitur in cap. *Dudum, fin. de
 praesumpt.*, nisi malus certo probetur.

44. — Dicendum IIº. Sacramentum ne-
 gandum esse indigno, etiam publice petenti
 (ut omnes communiter cum S. Thoma¹, Suarez et Croix² docent), semper
 ac peccator est publicus: cum crimen sit
 notorium, vel jure, quando scilicet quis
 de eo juridice convictus est; vel facto,
 cum scilicet commissum est in loco pu-
 blico; vel fama, nempe cum ex sufficien-
 tibus indicis crimen pervenit ad multos.
 Et hoc, etiamsi aliquibus ex praesentibus
 crimen sit occultum. Croix³. — Excipitur
 tamen peccator in articulo mortis con-
 stitutus; ut Suarez, Tamburini, Croix⁴
 cum communi.

Secus tamen, si sit occultus, et publice
 petat; ut dicemus infra, v. *Dicendum III,*
 n. 50. — Dixi: *si publice petat*; nam si indi-
 gnus occulte petat, etiamsi ejus crimen sit
 occultum, sacramentum est denegandum:
 ut Salmant.⁵ et alii omnes. Et idem dicen-
 dum, si crimen adstantibus jam notum
 sit. Suarez, Dicastillus, Arriaga, Croix⁶.

¹ 3 P. qu. 80, art. 6. — ² Suar., disp. 67, sect. 2. — ³ Lib. 6, part. 1, n. 188. — ⁴ Loc. cit., n. 189. — ⁵ Suar., disp. 67, sect. 2, i. f. - ⁶ Tambur., Method. SS. Commun., cap. 6, n. 24. — ⁷ Loc. cit., n. 143. — ⁸ Tr. 1, cap. 7, n. 73. — ⁹ Suar., disp. 67, sect. 5, concl. 1. - ¹⁰ Dicast., tr. 1, de Sacram. i. g., disp. 3, dub. 12, n. 288. - ¹¹ Arriaga, de Sacram. i. g., disp. 21, n. 24. — ¹² Loc. cit. n. 189. — ¹³ Coninck, qu. 80.

cipit Poenitentiam, Ordinem et Baptismum;
 Dicastillus vero excipit etiam Extremam Un-
 cionem.

46. — a) Cajetanus, *Opusc. tom. 1, tr. 31,*
resp. 9, i. f., habet rationem dumtaxat hujus
 affirmativae sententiae, dicens generaliter
 quodsi quis delinquat « in communis homi-
 num praesentia, loco, scriptura, et aliis hujus-
 modi [vel etiam si ex confessione judiciali
 crimen notum sit, ut antea dixit]: quibus con-
 tingentibus sine detractionis vito possunt de-
 dicta haec, tamquam publica, dici ».

b) Croix, lib. 6, part. 1, n. 140, scribit:
 « Excipiunt tamen cum Escobar..., nisi praes-
 sumeretur emendatus ». — Et revera Escobar,
 lib. 8, n. 351, ponit hanc exceptionem,

45. — Sed hic plura occurunt Dubia.
 Dubium 1^{um}. *An sit negandum sacra-
 mentum peccatori cuius peccatum non sit sim-
 plicer publicum, sed notum sit plerisque
 ex praesentibus, non autem omnibus?* —
 Adsum tres sententiae:

Prima cum Coninck affirmat; quia re-
 spective ad hos peccatum videtur esse
 publicum. — Secunda cum Suarez et
 Bonacina probabilius negat; quia pe-
 tens adhuc possidet famam respective ad
 omnes qui ejus crimen ignorant. — Tertia
 cum Dicastro et Croix⁷ dicit negandum,
 si ex praesentibus tantum unus vel alter
 vir probus ignoret, qui putatur non eva-
 gaturus. Et haec est satis probabilis, juxta
 dicta *Lib. III, n. 973*.

46. — Dubium 2^{um}. *An negandum sacra-
 mentum peccatori in eo loco ubi suum
 crimen non est publicum, si publicum sit
 in alio loco?*

Prima sententia affirmat, quam tenent
 Suarez⁸; ac Cajetanus⁹, Bonacina, Pa-
 laus, Tamburini, etc., cum Croix¹⁰. Ratio,
 quia ille jam amisit jus ad famam,
 cum in uno loco sit infamatus; juxta dicta
Lib. III, n. 974. Excipiunt tamen DD.
 citati apud Croix¹¹, si peccator prudenter
 praesumatur emendatus.

Secunda vero sententia, quam ample-
 citor, negat: et hanc tenent Cabassutius¹²,
 ac Sotus¹³, Vasquez¹⁴, etc., apud Croix¹⁵.

¹ Suar., loc. cit., concl. 2. - ² Bonac., disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 6, punct. 4, n. 13. — ³ Dicast., loc. cit., n. 289. — ⁴ Loc. cit., n. 189. — ⁵ Disp. 67, sect. 5, concl. 3, v. f. - ⁶ Bonac., loc. cit., punct. 4, n. 12. - ⁷ Palau, tr. 21, punct. 20, n. 11. - ⁸ Tambur., Method. SS. Com., cap. 6, n. 15 et 16. - ⁹ Lib. 6, part. 1, n. 140. — ¹⁰ Lib. 3, cap. 7, n. 3. — ¹¹ Loc. cit., num. 140.

addens sic esse praesumendum, ubi contra-
 riuum non constat. — Quae quidem docet
 etiam Palau ex auctoribus a Croix citatis.

c) Sotus non videtur adeo dissentire a
 prima sententia, si haec cum sua limitatione
 accipiatur. — Etenim, in 4, dist. 12, qu. 1,
 art. 6, v. *Ambigere autem*, vult peccatori illi
 dandam esse communionem; sed « si... sacer-
 doti constaret hoc loco non esse emendatum,
 maxime si est peccatum contagiosum, forte
 potest atque adeo debet denegare... Dixerim
 forte, quia est mihi probable, sed tamen non
 sum omnino certus ».

d) Vasquez, disp. 209, cap. 2, n. 17, duo
 scribit: 1º quod si credatur fore ut brevi etiam
 eo loco infametur, certo denegandam illi esse

Quid si
 peccatum
 sit notum
 plerisque
 ex praesen-
 tibus.

Si pecca-
 tum non est
 publicum
 ubi petit:

Quidam
 volunt de-
 negandum.

S. Doctor
 negat.

— Ratio, quia ex una parte, ministrando illi sacramentum non adest scandalum aliorum; juxta quae dicemus n. 48. Ex alia, negando sacramentum, eadem quidem inconvenientia et damna nascerentur, propter quae vitanda illicitum est ministro negare sacramentum peccatori occulto; ut dicemus eodem n. 48. — Secus vero dicendum, si notitia illius criminis facile est ibi perventura.

47. — Dubium 3^{um}. *Quid requiratur ut publico peccatori Eucharistia possit ministrari?*

Laymann, Navarrus, etc. requirunt praeter confessionem aliquod tempus bonae conversationis, ad tollendum scandalum ^{a)}. — Possevinus ^{b)} et Joannes Sanchez dicunt sufficere confessionem coram pluribus (modo, addit Bernal, poenitentia brevi sit publice manifestanda). Et recte Croix ¹ adhaeret huic sententiae, quando peccator non habet proximam peccandi occasionem: quia qui publice confessus est, publice censetur emendatus; secus, si adesset occasio, et ille eam non deseruerit ^{c)}. Qui autem occulte petit, sufficit occulte egisse poenitentiam ^{d)}. Croix ² cum Suarez et Tamburinio.

Sed hic maxime advertendum id quod habetur in Rituali Romano ³, ubi: *Arcendi autem sunt (a communione) publice indigni; quales sunt excommunicati, inter-*

Laym., lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 8. — Nav., Man., cap. 21, n. 55. — Joan. Sanch., Select. disp. 34, n. 2. — Bernal, disp. 45, n. 40. — ¹ Lib. 6, part. 1, n. 141. — ² Loc. cit. — Suar., disp. 67, sect. 2, v. *Inquiri autem.* — Tambur., Method. SS. Commun., cap. 6, n. 23. — ³ Tit. 4, cap. 1, de

communionem; ² si vero putetur hunc nunquam ibi infamatumiri, non esse ei publice, sed solum in occulto denegandam.

47. — ^{a)} Scilicet Laymann dicit id saepe expedire, « et interdum ratione scandali vitandi necesse » esse. — Navarrus autem disjunctive tantum loquitur, requirens ut publice poenitentiam egerint, aut parochus, de eorum licentia, publice denuntiet eos poenituisse, « aut ex ipsorum bona conversatione aut alio legitimo modo de vitae emendatione constet ».

^{b)} Possevinus, *de Offic. curati*, cap. 12, n. 4, requirit ut populus « fuerit certificatus de illius emendatione ». At quoad praxim subdit: « Cum peccator iste ostenderit signa emendationis, vel curatus de illius licentia pro-palaverit eum esse confessum et poenitere, satis dicetur non esse amplius peccator publicus ».

dicti, manifestique infames, ut meretrices, concubinarii, feneratores, magi, sortilegi, blasphemi, et alii ejus generis publici peccatores: nisi de eorum poenitentia et emendatione constet, et publico scandalio prius satisficerent. Occultos vero peccatores, si occulite petant, et non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem si publice petant, et sine scandalio ipsos praeterire nequeat.

48. — Dubium 4^{um}. *Quid agendum in dubio de crimine vel de poenitentia?* — Distinguendum:

Si crimen est certum et poenitentia dubia, sacramentum certe est denegandum, donec constet de poenitentia; quia possidet infamia. Et hoc dicendum ^{a)} docent Suarez, Arriaga, Sporer, etc., cum Croix ⁴, etiam si habeatur publica suspicio de crimen, modo suspicio sit tam vehementes ut aequivaleat morali certitudini. Secus, si talis sit ut probabili ratione deponi possit; ut dicunt auctores citati. — Si autem dubitatur de crimine, non potest sacramentum negari. Croix ⁵. Intellige tamen juxta dicta supra n. 43, v. *Immo.*

49. — Dubium 5^{um}. *An minister possit dare sacramentum indigno ob metum mortis?*

Prima sententia affirmit, modo sacramentum non petatur in odium fidei vel in contemptum religionis. Et hanc tenent Bonacina ⁶, Sporer ⁷; et Croix ⁸ cum Esco-

Echar. Sacram., n. 8 et 9. — Suar., loc. cit., sect. 6, v. *Circa posterorem.* — Arriaga, *de Sacram.* i. g., disp. 21, n. 29. — Spor., part. 1, cap. 3, n. 185. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 142. — ⁵ Loc. cit., n. 142. — ⁶ Disp. 1, de Sacr. i. g., qu. 6, punct. 4, n. 14. — ⁷ Part. 1, cap. 3, n. 188. — ⁸ Loc. cit., n. 138.

^{c)} Idipsum advertit Joan. Sanchez, dum n. 3, scribit: Si « esset aliqua proxima peccandi occasio, necessarium foret peccatori eam prius vitare negative, id est quod positive alii non cognoscerent illam adhuc non esse elongatam; positive tamen illam vitare ante communionem aliquando opus non erit, si adsit propositum firmum illam vitandi post communionem, et credatur abesse periculum non incidenti in peccatum ex ea ».

^{d)} Suarez addit: « Er quod sacerdoti et aliis, si fortasse adsint, hoc constet ». — Idemque notat Tamburinus: quod Croix non animadvertisit.

48. — ^{a)} Nempe denegandum esse sacramentum, quando adest suspicio violenta criminis.

49. — ^{a)} Auctores in hoc dubio citandi, Sporer excepto, loquuntur de publicis peccatoribus.

In dubio de poenitentia, sacramentum negandum.

In dubio de crimine negari nequit.

Metus mortis, juxta auct. excusat ministrum.

bar, Gobat, Dicastillo et aliis. Ab his laudatur etiam Suarez ¹; sed ibi praefatus auctor nimis ambigue loquitur, et se remittit ad sectiones sequentes, in quibus nullum verbum adjicit de hac sententia. — Ratio hujus sententiae est, quia (ut dicunt), si infamia peccatoris publice petentis sacramentum talem ministracionem excusat, et irreverentiam sacramenti reparat (ut mox dicemus), cur mors vel infamia subeunda a ministro eum non excusare debet?

Haec sententia olim mihi probabilis visa fuit; sed melius re perspensa, oppositum nunc teneo cum *secunda* sententia, quam tuentur Pater Concinna ², et Ledesma ac alii, apud Croix ³. Differt enim ratio non negandi sacramentum peccatori occulto, et ratio vitandi proprium damnum. — Nequit equidem sacerdos publice denegare communionem peccatori occulto; sed cur? quia, ut recte dicit ipse Croix ⁴, et alii, prout Contin. Tournely ⁵ et Antoine ⁶, Christus eo casu videtur cedere juri suo, et permittere suae reverentiae negationem, non praecipue ut fama ipsi servetur, ut dicit D. Thomas ⁷ et Lugo ⁸; sed potissimum (ut probant praefati auctores) propter gravia incommoda quae deinde sequentur, nempe scandala aliorum, quibus si sacerdos posset ob crimen occultum publice communionem negare, forte etiam boni deterrentur a susceptione communionis, timen-

Escob., lib. 8, n. 357. — Gobat, tr. 1, n. 272 et seqq. — Dicast., tr. 1, de Sacramentis in genere, disp. 8, dub. 12, n. 292. — ² Disp. 67, sect. 1, i. f. — ³ De Sacramentis in genere, cap. 12, n. 11. — Petr. de Ledesma, *Sum.*, de Echar., cap. 12, concl. 2, dub. 3. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 138.

^{b)} Antoine, *de Sacram. i. g.*, cap. 2, qu. 12, v. *Dixi*, utrumque motivum afferit, scilicet: « Ne infametur proximus, et quia aliqui sequentur gravia scandala et incommoda ac perturbationes ».

50. — ^{a)} Can. *Placuit* providet « ut magis caveat episcopus ne dicat in quemquam, quod aliis documentis [praeter confessionem factam soli episcopo] convincere non potest ».

^{b)} Gobat concordat quidem, tr. 1, n. 271; et tr. 7, n. 894; sed non dicit illicitum esse ministrio peccatorem monere.

51. — ^{a)} Vasquez, *disp. 209*, cap. 5, n. 52 et seqq., dicit posse denegari Eucharistiam occulte petenti, ob crimen ex confessione notum, modo sacerdos id efficiat blande et

tes ne propter odium vel imprudentiam a sacerdote ejicerentur, etc. — Haec autem inconvenientia et scandala non certe interveniunt in ministro qui metu cogereatur ad ministrandum sacramentum indigno; immo aedificationi esset populo, si, ad reverentiam sacramento servandam, periculo mortis se exponeret.

50. — Dicendum III^o. Peccatori occulto publice petenti non est negandum sacramentum. Ita omnes cum S. Thoma ⁹, ex can. *Placuit* ^{a)}, causa 6, quaest. 2, et cap.

Peccatori occulto publice petenti non negandum,

Occulte petenti negandum,

nisi crimen ex confessione notum sit.

51. — Sed hic quaeritur 1^o. *An confessarius possit sacramentum negare ob crimen auditum in confessione, sub praetextu aliarum causarum?*

Affirmant Vasquez ^{a)}, Suarez ^{b)}, Palaus ^{c)} et Dicastillus ^{d)}, apud Croix ¹².

⁴ Loc. cit., n. 144. — ⁵ De Sacram., i. g., cap. 2, art. 3, sect. 5, cond. 3. — ⁶ 3 P., qu. 80, art. 6, ad 2. — ⁷ De Sacram., i. g., disp. 8, n. 176. — ⁸ 3 P., qu. 80, art. 6. — ⁹ In 4, dist. 9, qu. unic., art. 5, solut. 1. — ¹⁰ Tr. 1, cap. 7, n. 78. — ¹¹ Lib. 6, part. 1, n. 145. — ¹² Loc. cit.

sine verbis improperii. — Eamdemque sententiam tenet Dicastillus, tr. 4, *de Sacr. Euch.*, disp. 9, dub. 12, n. 229.

^{b)} Suarez, disp. 67, sect. 3, n. 4 et 6, admittit hanc sententiam « speculative rem considerare ». Sed subdit, quod non advertit Croix: « Practice vero loquendo, vix potest occurrire occasio utendi illa...; et ideo regulariter loquendo necessarium est extra confessionem peccatum agnoscerre ». — Escobar eodem modo loquitur, lib. 8, n. 366. Cfr. tamen *de Poenit.*, disp. 33, sect. 6, num. 4, ubi Suarez primam sententiam simpliciter tenet.

^{c)} Palaus, tr. 21, punct. 20, n. 20, non requirit praetextum aliarum causarum. Sed,

Confessa-
rius nequit
negare sub
alio pree-
textu.

Sed verius negandum cum Sanchez¹, et Laymann², Valentia³, Diana⁴, Esco-
bar⁵ et aliis, cum Croix⁶. Quia tunc pec-
cator jam satis adverteret ex confessione
negari sacramentum, et ideo sigillum lae-
deretur, et confessio fieret odiosa; ut idem
Palaus postea concedit. Ultraquam quod
ex decreto Innocentii XI hodie certum
est nullo modo posse confessarium uti
notitia confessionis in gravamen poeni-
tentis. Vide dicenda de Poenit., n. 658,
v. Secunda.

Quid si
aliunde in-
dignitatem
nonverit.
Irregulari-
tati occulo-
ne negandum
sacra-
mentum Ordini-
nis.

Receteque addit Croix cum Arriaga,
quod si confessarius extra confessionem
aliunde notitiam habuerit, nisi notitia sit
moraliter certa, non potest sacramentum
negare.

52. - Quaeres 2°. *Utrum denegandum
sacramentum Ordinis peccatori occulto
publice petenti?*

Si petens sit indignus ex irregularitate
aut simili, omnino esse rejiciendum nemo
dubit.

Si vero sit indignus tantum quia est
in *peccato mortali*, dubitat Croix⁷ cum
Herincx; adduntque Lugo et alii non
posse rejici, si jus ipse praetendat ratione
benefici seu dignitatis obtentae: — Sed
omnino verius puto dicendum cum Viva⁸
quod indignus etiam occultus ab ordinibus
omnino est arcendus. Et idem clare
docet etiam S. Thomas⁹, ubi dicit non
sufficere quod praelatus nesciat ordinandum
esse in peccato: *Sed etiam exigitur
amplius, ut secundum mensuram ordi-
nis... diligenter cura apponatur, ut ha-*

¹ De Matrim., lib. 3, disp. 16, n. 14. — ² Lib. 6, part. 1, n. 145. — ³ Palaus, tr. 23, punct. 19, § 3, n. 20. — ⁴ Innoc. XI, declar. S. C. Inquisit. 18 Nov. 1682. — ⁵ Croix, loc. cit. — ⁶ Arriaga, disp. 21, num. 13. — ⁷ Lib. 6, part. 1, num. 146. — ⁸ Herincx, disp. 3, num. 73, in fine. — ⁹ Lugo, de Sacram.

ut notat S. Alphonsus, Palaus sese retractavit
tr. 23, punct. 19, § 3, n. 20, ubi scripsit:
«Verius existimo nullo modo licere uti notitia
confessionis poenitente non consentiente,
ad... negandum... secreto sacramentum».

d) Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 10,
negat posse Eucharistiam denegari ob crimen
ex sola confessione cognitum, «saltem si per-
iculum sit (quod vix unquam abesse poterit)
tacitae cuiusdam proprobationis, per quam
confessionis sacramentum odiosum reddatur».

e) Valentia, in 3am Part., disp. 6, qu. 8,
punct. 3, v. *Ego vero*, distinguit, et negat

*beatetur certitudo de qualitate promoven-
dorum.* Et ⁶ illud memorabile asserit:
*Melius esset habere paucos ministros bo-
nos quam multos malos.* Ratio certa est,
quia qui se ingerit in munera publica ad
quae non est idoneus, repellere debet etiam
cum infamia, ob bonum publicum privato
praferendum.

Et quod clericus indignus, quamvis ob
crimen occultum, possit et *debeat* repellere,
patet ex Tridentino, ubi⁷ dicitur quod
episcopus potest prohibere clericos ne
ascendat ad ulteriores ordines: et clericus
tenetur ei obedire, etiamsi ascensus
a suo praelato *ex quacumque causa, etiam
ob occultum crimen, quomodolibet, etiam
extra judicialiter, fuerit interdictus.* Et ad-
ditur quod *nulla contra ipsius praelati
voluntatem concessa licentia de se pro-
moveri faciendo, ei suffragetur.* Ac maxime
notandum quod episcopus non tenetur
eo casu manifestare causam cur
repellat illum ab ordinatione; juxta de-
clarationes S. C. Concilii editas die 21
Martii 1643 et die 21 Aprilis 1668, quas
per extensem afferit Summus Pontifex Be-
nedictus XIV⁸. — Quod autem episcopus
non solum possit, sed etiam *debeat* repelle
indignos, quamvis occultos, patens
suadet ratio ex eodem Tridentino⁹, ubi
signanter praecipitur ut episcopus ordi-
nans *mores... diligenter investiget et ex-
aminet*. Ad quid igitur debet praelatus
mores clericorum investigare et exami-
nare, nisi ut repellat quos noverit indig-
nos: ex illo Apostoli I. ad Timoth. v:

¹ De Matrim., lib. 3, disp. 16, n. 14. — ² Lib. 6, part. 1, n. 145. — ³ Palaus, tr. 23, punct. 19, § 3, n. 20. — ⁴ Innoc. XI, declar. S. C. Inquisit. 18 Nov. 1682. — ⁵ Croix, loc. cit. — ⁶ Arriaga, disp. 21, num. 13. — ⁷ Lib. 6, part. 1, n. 146. — ⁸ Lib. 6, part. 1, n. 147. — ⁹ De Synodo, lib. 12, cap. 8, num. 4. — ¹⁰ Sess. 23, de reform., cap. 5 et 7.

posse fieri, «saltem cum petit a proprio pa-
storore eo tempore quo proprius aliqui pastor
eam administrare subditis tenetur». Si vero
minister non teneretur, «tunc posset ration-
abiliter negare». Hinc patet non sat accu-
rate citari a Croix.

f) Diana videtur potius priori sententiae
adhaerere, quidquid dicat Croix; Diana enim,
part. 3, tr. 4, resol. 46, negat sane posse id
fieri; sed in responsione ad argumentum con-
trarium dicit frangi hoc modo confessionis
sigillum, «si non potest ostendi alia rationa-
bilis causa».

Episcopus
non tenetur
causam ma-
nifestare.

*Manus cito nemini imposueris; neque
communicaveris peccatis alienis?* Ubi in-
quit S. Leo¹: *Quid est cito manus impo-
nere, nisi... ante experientiam disciplinae?*
Tanto magis quia in ordinibus suscipien-
dis multi possent esse defectus, ex quibus
sine infamia petentes ejici possunt, nempe
aetatis, tituli, subjectionis, etc.; ut bene
notat Croix².

53. - Quaeres hic 3°. *An possit absolvi
ordinandus qui habitum contraxit lasci-
viae*, et statim post Poenitentiam, sine
experientia continentiae, velit subdiaco-
natum suscipere? — De hac quaestione
plenam instituimus Dissertationem, quam
reperies in fine hujus Dubii, ex n. 63.

54. - Quaeritur 4°. *An parochus possit
assistere matrimonio eorum qui sunt pu-
blici peccatores?*

Certum est teneri parochum arcere a
matrimonio eos qui nesciunt doctrinam
christianam; uti constat ex Rituali Ro-
mano³, ubi praescribitur: *Parochus co-
gnoscat utrum uterque (sponsus) sciat ru-
dimenta fidei, cum ea deinde filios docere
suos debeat.* — Item S. Congregatio habita
coram Innocentio XII anno 1697, ut refert
Summus Pontifex Benedictus XIV⁴, de-
crevit parochos non debere procedere ad
proclamationes, nisi repererint contrahentes
sufficienter instructos in rudimen-
tis fidei. Et hoc decretum confirmatum
fuit a Clemente XI, ut in ejus Bullario⁵,
ac a nostro Papa Benedicto in litteris
encyclicis.

Utrum autem, praeter hanc ignoran-
tiā, possit parochus publicis peccato-
ribus negare suam assistentiam ad mat-
rimonium? — Si contrahentes publice pe-
tent, et essent indigni ratione peccati
vel censurae occultae, recte dicunt Lugo⁶,
et Croix⁷ cum Arriaga et communis, pa-
rochum teneri assistere; juxta dicta n. 47.

Dubium est: *an assistere possit et tene-
atur, si contrahentes sint publice indigni?*

Affirmant Laymann⁸, Croix⁹, et Lugo¹⁰
cum Praeposito: modo tamen parochus
prius conatus fuerit disponere sponsos ad

¹ Epist. 12, ad episcopos Africanos, cap. 2; ap. Migne,
Patrol. lat., tom. 54, col. 647. — ² Lib. 6, part. 1, n. 147. —
³ Tit. 7, cap. 1, de Sacr. Matrim., n. 1. — ⁴ De Synodo, lib. 8,
cap. 14, n. 3. — ⁵ Edict. Cardinalis Urbis Vicarii, edict. 19,
die 13 Sept. 1713, n. 11. — ⁶ Benedict. XIV, epist. encyclica
Etsi minime, de die 7 Februario 1742, § 11. — ⁷ De Synodo,
lib. 8, cap. 14, n. 5.

digne contrahendum. Ratio, ut dicunt,
quia parochus non est minister matri-
monii, sed tantum testis: unde ex una
parte, cum sit publicus minister, non po-
test suam negare assistentiam; et ex altera,
licite potest assistere, cum sua coope-
ratio sit mere materialis.

Negant vero alii auctores, quia sentiunt
parochum esse verum ministrum matri-
monii. Sed haec ratio non subsistit; nam
(ut probabimus *infra de Matrimon.*, ex
n. 897), ministri matrimonii sunt ipsi contrahentes,
et parochus non est nisi merus testis.

Hoc tamen non obstante, minime
acquiescamus primae sententiae; et dici-
mus parochum nec teneri nec posse assi-
stere tali matrimonio. Favetque nobis au-
toritas Summi Pontificis Benedicti XIV¹¹,
ubi sic docet: *Quamvis.... juxta commu-
niorem magisque receptam sententiam,
non sit (parochus) sacramenti Matrimonii
minister..., nihilominus in multis compa-
ratur ministro; nec liceat sua praesentia
et auctoritate firmare potest contractum,
quem scit a contrahentibus sacrilege iniiri.*
Ratio nostrae sententiae est: tum quia de
jure naturali nemo potest cooperari pec-
cato proximi, etiamsi alter peccatum jam
interne consummaverit (prout diximus de
Caritate, Lib. II, n. 47), ita nec parochus in
nostro casu; tum quia parochus tenu-
tur ex justitia, ex contractu inito cum
communitate a qua stipendum accipit,
incumbere saluti spirituali suarum ovium,
eas avertendo a peccatis. — Nec valet
dicere quod contrahentes habent jus ut
parochus eorum matrimonio assistat. Nam
respondetur 1° quod nemo potest habere
jus ad actionem in qua committitur pec-
catum. Respondetur 2° quod sponsi in
tantum habent jus ad assistentiam paro-
chi, in quantum hic tenetur ex officio in-
cumbere eorum bono spirituali; unde cum
in hoc parochi assistentia non conferret
ad bonum, sed ad ipsorum ruinam, idcirco
neque sponsi jus habent, neque parochus
tenetur assistere; immo debet suam assi-
stentiam parochi.

Quid de
matrimoni-
o publici pec-
catoris.

¹¹ De Synodo, lib. 8, cap. 14, n. 5.

Quid de
testibus.

stentiam negare, cum praecipua sua obligatio sit impedire peccata ovium suarum.

Et quod dicimus de parocho, dicendum est etiam de *testibus*. Qui tamen satis excusarentur a peccato, si assisterent coacti metu gravi; cum ipsi non teneantur nisi ex caritate impedire peccatum.

Parochus autem etiam excusari potest ad vitandam mortem, vel alia graviora mala communitatis, vel ipsorum contrahentium, puta ne ipsi perseverent in peccato^{a)}. — Praeterea satis excusantur a culpa paroche, ut ait Laymann^{b)}, qui assistunt matrimonii haereticorum in locis

^{a)} De Matr., lib. 3, disp. 15, n. 11. — ^{b)} Lib. 6, part. 1, n. 147.

ubi est consuetudo, et mixti sunt haereticorum cum catholicis; juxta mox dicenda in Quaestione sequenti.

Certum est tamen quod paroche in matrimonii contrahendis tenentur ex officio inquirere an subsit aliquod impedimentum; et si probabiliter illud subesse judicent, tenentur suam assistantiam denegare et nuptias vetare, donec saltem per Ordinarium decernatur quid sit agendum. Ita Sanchez¹, Croix²; et Lugo³ cum Ledesma^{c)}, Vega^{c)} et aliis communiter. — Item ait Lugo⁴ cum Coninck (contra alios) quod si Ordinarius habeat scientiam impedimenti occulti, etiamsi non posset

^{c)} Disp. 8, n. 205. — ^{d)} Loc. cit. - Coninck, disp. 27, n. 67.

54. — ^{a)} De assistantia paroche matrimonio apostatarum, irreligiosorum, etc., existant non pauca S. Rom. Tribunalium responsa; haec autem distinguunt matrimonia cum haereticis, cum apostatis, cum ascriptis sectis clandestinis et cum censura ecclesiastica innodatis. Et primo quidem S. Off., die 28 Junii 1865, declaravit: «Quoad matrimonia in quibus una contrahentium pars clandestinis aggregatiobibus per Pontificias constitutiones damnatis adhaeret, dummodo absit scandalum, Ordinarius, habita circumstantiarum ratione pro casibus particularibus, ea decernat quae magis expedire judicaverit, excluso tamen omni ecclesiastico ritu», seu, uti die 5 Julii 1878 explicit: «Permittere poterit ut paroche matrimonio passive intersit, id est absque benedictione alioque ritu ecclesiastico, tamquam testis authorizabilis, dummodo cautum omnino sit catholicae educationi universae prolis, aliisque similibus conditionibus». — Denique de matrimonii cum iis qui notorie in censuris ecclesiasticas inciderunt S. Poenit., die 10 Decembr. 1860, declaravit: «Curandum pro viribus ut ecclesiasticis censuris innodati debito modo cum Ecclesia reconcilientur: at si reconciliari rescent, et nisi matrimonium celebretur, gravia inde mala imminere videantur, paroche Ordinarium consulat, qui, habita rerum et circumstantiarum ratione, omnibusque persensis quae a probatis auctoribus, et praesertim a S. Alfonso [hic]... traduntur, ea declaret quae magis expedire in Domino judicaverit, exclusa tamen semper Missae celebrazione».

^{b)} Laymann, lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 8, querit: «Utrum sacerdos catholicus assistere possit matrimonii haereticorum, quos in sua parochia habet; qui casus in Germania frequens est? Respondeo non apparere rationem cur assistere prohibeat».

^{c)} Bartholomeus de Ledesma et Vega non citantur a Lugo pro hac sententia; nihilominus Ledesma, *Summar. de Matrim.*, diff. 21, § Sed dubium se offert, et seqq., eamdem tenet, casu quo adsit fama de impedimento et scandalum ex matrimonio oriatur. — Vega pariter, *Sum. silva*, lib. 3, cas. 364, notab. 6, id tenet in casu publici, etsi simplicis, voti castitatis. Quodsi vero votum sit secretum, et ille in occulto petat, posse ei matrimonium denegari, notab. 5.

Parochus tenetur inquirere de impedimentis.

Contrahere cum excommunicato, vitando, illicitum.

Cum tolerato, licitum.

Cum peccatore, licitum ex gravi causa.

illud probare, tenetur matrimonium prohibere.

55. — Quaeritur 5°. *An, si unus sponsor sit publice indignus, possit alter matrimonium cum ipso inire, et consequenter sacramentum ei ministrare?* — Hic advertendum quod ex duplice capite potest talis indignitas progenire: vel ab excommunicatione, vel ab aliquo mortali peccato sponsi.

Si sponsus sit indignus, quia est *excommunicatus*; — vel erit *vitandus*, et tunc certe illicitum est cum eo contrahere, quia non licet cum ipso communicare in re sacra, quale est sacramentum; — vel erit tantum *toleratus*, et tunc probabilius est licere, ut docent Sanchez¹ et Lugo², et alii plures (quos videre poteris infra de Censuris, Lib. VII, n. 139), quia concilium Constantiense indistincte concessit fidelibus posse communicare cum excommunicatis toleratis.

Si autem sponsus sit indignus ob aliquod *peccatum*, hic magna occurrit difficultas; quia non licet ministro conferre sacramentum indigno. — Sed Busenbaum (vide Lib. II, n. 60), Lugo³; et Croix⁴ cum Sanchez^{a)}, Perez^{a)}, Arriaga, Dicastillo^{b)} et communiori, dicunt licere cum eo contrahere, si alter sponsus sine gravi incommode non possit a matrimonio recedere. Ratio (ut inquit) est, quia contrahentes, quamvis indirecte conficiant sacramentum, tamen directe contractum ineunt, qui de se non est res sacra. Unde in hoc sacramento sponsi videntur magis habere conditionem privatorum contrahentium, qui tantum respiciunt ad propriam utilitatem, quam publicorum mi-

¹⁾ De Matr., lib. 7, disp. 9, n. 8. — ²⁾ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 225. — ³⁾ Loc. cit., n. 226, 229 et 230. — ⁴⁾ Lib. 6, part. 1, n. 147. — Arriaga, disp. 21, n. 42. — ⁵⁾ Notit. ecclesiast., concil. Chalcedon., can. 14. — ⁶⁾ Tr. 16, exam. 6, n. 77.

55. — ^{a)} Sanchez, *de Matrim.*, lib. 7, disp. 72, n. 5; Martinus Perez, *de Matrim.*, disp. 36, sect. 2, n. 5, loquuntur de solo matrimonio cum haeretico.

^{b)} Dicastillus, *de Matrim.*, disp. 7, n. 707, non requirit grave incommode, quamvis a Croix ita citetur.

^{c)} Haec ratio non suadet, scribit S. Doctor in *Hom. apost.*, tr. 14, n. 6, cum hujusmodi contractui annexa sit etiam sacramenti administratio. Unde puto tantum dici posse quod

nistrorum, qui attendere debent ut suscipientes sacramenta ob eorum indignitatem repellantur. — Hanc rationem non quidem reprobo; sed fateor eam non omnino me convincere^{c)}.

56. — Utrum autem, *justa accidente causa, licitum sit matrimonium contrahere cum haereticis?*

Generaliter loquendo id vetitum est ab Ecclesia; ut patet ex concilio Chalcedonensi (apud Cabassutum^{d)}, ubi dicitur: *Sed neque haeretico, vel pagano, vel Judaeo matrimonio conjugere, nisi utique persona quae orthodoxae conjuguntur, se ad orthodoxam fidem converterandam spondeat.*

Verumtamen est valde probabile id quod dicunt Busenbaum (dicto *Lib. II*, n. 19, ad 7) et Lugo^{a)}, Wigandt^e, Croix^f; ac Sanchez^g cum Navarro et Azor, nempe quod in locis ubi haeretici vivunt mixti cum catholicis, ut in Germania, Polonia, etc., ex consuetudine recepta et tolerata licitum est matrimonia inire cum haereticis. — Modo 1°. Catholico contrahenti permittatur libere permanere in fide. 2°. Absit periculum perversio. 3°. Detur libertas educandi prolem catholice. 4°. Si facile non sit invenire parem inter catholicos. Quorum si unum desit, non licebit, ut recte ait Croix^g. — Ceterum id bene permittitur, servatis his conditionibus; quia hujusmodi conjugia fiunt instar aliorum contractuum civilium, ad firmandas leges amicitiae et ad tuendam communem pacem reipublicae.

Hinc refert Lugo¹⁰ pluries fuisse dispensatum ob justas causas matrimonia inire cum haereticis; ut patere ait ex con-

⁷⁾ Loc. cit., n. 147; et lib. 2, n. 96. — ⁸⁾ De Matr., lib. 7, disp. 72, n. 5. — ⁹⁾ Navar., Consil. 1, de constitut., n. 59 et 60. — ¹⁰⁾ Azor, part. 1, lib. 8, cap. 11, quer. 5. — ¹¹⁾ Lib. 2, n. 95. — ¹²⁾ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 227.

praefata administratio, ut a ministris ad id non consecratis, non esset grave peccatum pro ipsis, ut probabiliter tenent..., licet opinio oppositi, quod sit grave..., mihi videtur probabilius^{c)}.

^{d)} Lugo, loc. cit., n. 225, 228 et 229, assertum istud non restrinquit ad ejusmodi provincias. — Atvero, juxta vigentem Ecclesiae disciplinam, ubique prohibitum est matrimonium contrahere cum haereticis sine dispensatione Romani Pontificis.

Quid de
matrimoniis mixtis.

cilio Laodicensi ac Agathensi. Et signanter testatur Clementem VIII anno 1604 concessisse dispensationem duci Barensi, ut diceret Catharinam, suam consanguineam, sororem Henrici IV regis Galliarum, cum adhuc esset haeretica. — Et hic sedulo notandum id quod advertit Summus Pontifex Benedictus XIV¹ ex Veracruz, quod de Pontificis potestate, postquam hic dispensat, dubitare, instar sacrilegii est. Esset enim Christo quasi exprobrare quod non satis Ecclesiae suae providisset.

Docet autem Lugo² quod ad tale matrimonium opus est dispensatione, saltem in locis ubi est consuetudo in ejusmodi dubiis recurrendi ad Papam; quia Ecclesia merito potuit sibi reservare judicium, an sufficiat causa vel an praeponderet periculum mali. — Probabiliter autem dicit³, cum aliis apud Croix⁴ contra Sanchez⁵ et Pontium⁶, non esse opus dispensatione, quando pars haeretica serio promittat conversionem; ut vidimus supra jam excipi in concilio Chalcedonensi. Immo putat Hurtadus⁷ apud Croix, sufficere spem conversionis ortam ex ipsius indole vel aliunde. Quando autem licitum est catholico contrahere cum haeretico, tanto magis licebit parocho assistere ad tale conjugium.

Concil. Laodicen. (sub Silvestro, anno incerto), can. 31: ap. Labbe, tom. 1, col. 1535. — *Concil. Agathen.*, (anno 506), can. 67: ap. Labbe, tom. 5, col. 532. — ¹ De Synodo, lib. 7, cap. 7, n. 7. — *Veracrus*, Specul. conjugior., part. 2, art. 27, v. *Ex omnibus his*. — ² De Fide, disp. 22, n. 20, 22, 28 et 31. — ³ Loc. cit., num. 17. — ⁴ Lib. 2, num. 97. — ⁵ Sanch., Decal., lib. 1, cap. 9, num. 35. — ⁶ Cardenas,

57. — Hic pro complemento hujus materiae, remanent aliae Quaestiones discutiendae.

Quaeritur 6^o. *An in conferendis sacramentis liceat uti opinione probabili?* — Certum est, ut vidimus *Lib. I.*, n. 48, generice loquendo, id illicitum esse ex prop. 1 damnata ab Innocentio XI.

Excipitur tamen 1^o. Si adsit necessitas ex parte proximi; ut est commune apud doctores, juxta dicenda n. 480, loquendo de absolutione impertienda moribundo. Et idem dicetur de Baptismo, n. 103. v. *Et hic sedulo*. — Excipitur 2^o. Si habebatur probabilis opinio de jurisdictione confessarii vel de validitate Matrimonii; juxta dicta *Lib. I.*, n. 50, et dicenda infra *de Matrim.*, n. 901. Et hoc dicunt Sanchez, Cardenas, Sporer, Dicastillus, Gobat⁸ et alii, apud Mazzotta⁵ et Croix⁶, esse in praxi tutum et moraliter certum. — Excipitur 3^o. Quando administratio sacramenti fieret obnoxia nimiis scrupulis aut difficultatibus; ut diximus⁹ *Lib. I.*, n. 30. Not. 1, cum Cardenas, Croix, ex D. Thoma¹⁰; et dicit Mazzotta cum Illsung et pluribus aliis. Alter non posset baptizari infans quem parentes assererent non esse baptizatum, cum tale testimonium non sit nisi tantum probabile. Item, neque absolviri possent qui putantur dispositi, de

Cris., dissert. 2, a num. 160. — Spor., part. 3, num. 717. — *Dicast.*, de Poenit., disp. 10, dub. 8, num. 196; et tr. 2, de Bapt., disp. 1, dub. 8, n. 199. — ⁵ Tr. 5, disp. 1, qu. 2, cap. 3, qu. 1, v. *Fit secundo*. — ⁶ Lib. 6, part. 1, n. 117. — ⁷ Carden., dissert. 2, n. 25. — *Croix*, loc. cit., n. 119. — *Mazzotta*, loc. cit., v. *Fit tertio*. — *Ils.*, tr. 1, disp. 1, num. 77.

Quando liceat uti probabilitate in sacramentis.

Pastores ex justitia tenentur sacramenta ministrare.

quorum dispositione non alia quam prudens probabilitas haberri potest; unde recte notat Mazzotta cum Cardenas quod si talis dispositio non sufficeret, vix ullus unquam absolviri posset extra mortis articulum, quia vix unquam haberri potest certitudo de dispositione poenitentis.

An autem liceat suscipere sacramenta cum sola opinione probabili? — Vide dicta *Lib. I.*, n. 51.

58. — Quaeritur 7^o. *An et quando minister teneatur administrare sacramenta?*

Commune est, ut dicunt Holzmann¹, Salmant.²; et Croix³ cum Suarez, Lugo, Dicastillo et Aversa (contra Silvestrum, etc.), quod pastores tenentur ex justitia, ratione stipendi quod exigunt, sacramenta ministrare suis subditis rationabiliter petentibus, etiam extra gravem necessitatem. — Pastores autem dicuntur superiores respectu religiosorum; et respectu saecularium, episcopi et parochi, vel qui curam subsidiariam cum obligatione habent. Ita Croix⁴ cum Gobat. — Et proinde peccat pastor qui morosum vel difficilem subditis se reddit; ut Gobat cum Croix⁵, Salmant.⁶, Concina⁷. Ideoque recte monuit S. Carolus Borromaeus⁸: *Quacumque diei vel noctis hora ad sacramenta ministranda (parochus) vocabitur..., nullam... moram interponet: immo populum... praemonebit, ut, cum opus est parochiali ministratio atque officio, se quamprimum et libere accersat, nulla habita nec temporis nec loci longe distantis, etc. ratione*.

Excusabitur tamen a mortali, si semel vel iterum extra necessitatem sacramenta

deneget; quia non videtur tam stricte se obligasse. — Croix⁹ cum Suarez et Arriaga. Item Suarez (apud Busenbaum, infra n. 623, *Resp. 2*), cum Aversa (*ibid.*), qui excipit, si subditus peteret ex urgenti occasione, v. gr. festi solemnis, etc.

Ministri autem qui non sunt pastores, in extrema necessitate tenentur ex caritate, etiam cum periculo vitae, proximo sacramenta ministrare; ut Concina¹⁰ et Croix¹¹, et alii omnes. — An vero teneantur in gravi necessitate proximi? Vide dicta *de Caritate*, *Lib. II.*, n. 27, v. *Hinc*.

An parochus tempore pestis teneatur ministrare Eucharistiam? Vide in hoc *Lib. VI.*, n. 233. — Quoties teneatur eam ministrare? Vide n. 253 et 254. — Quoties ministrare Poenitentiam? Vide n. 623.

59. — Quaestio 8^o. *An liceat unquam simulare administrationem sacramenti?*

Communiter DD. distinguunt simulationem in formalem et materialem. *Formalis* est qua directe intenditur alterius deceptio; *materialis* est qua alterius deceptio tantum permittitur. — Damnata autem est ab Innocentio XI propositio 29, quae dicebat: *Urgens metus gravis est causa justa sacramentorum administrationem simulandi*. Et merito quidem; cum talis simulatio sacramento gravem injuriam irroget et Deo illudat.

Sed quaeritur: *an in hac propositione fuerit damnata sola simulatio formalis, an vero etiam materialis?*

Alii, ut Viva¹² et Concina¹³, dicunt fuisse ibi indefinite damnatam simulationem tam formalem quam materialem. Tum quia propositio indefinita aequivalat universalis; tum quia (ut ajunt) nemo un-

Non pastores quantunque te- nentur ex caritate.

Simulatio formalis et materialis.

Juxta a- lios, ultra- que damnatur.

« quando est certa spes de conversione coniugis ».

57. — ^{a)} Gobat a Mazzotta ita sane allegatur: at re vera, tr. 7, n. 114, probabilissimam affirmat esse hanc sententiam; negat tamen esse moraliter certam, quia « opposita (inquit)..., est vere probabilis ».

^{b)} S. Alphonsus remittit ad *lib. I.*, n. 30, *Not. 1*, prout habebatur in primis editionibus usque ad quintam. Ibi enim haec S. Doctor scripsit: « Notandum tamen 1...; quod quando opinio est certe probabilior et practice censemur tuta, possumus eam sequi ex rationabili causa etiam in collatione sacramentis... Rationabilis autem causa est magna utilitas proximi vel nimia molestia ministri. Ideo recte in sacramento Poenitentiae ab-

solutur tantum probabiliter dispositus, aliter vix aliquis absolviri posset: sic enim praesumitur Christus voluisse administrari tale sacramentum. Ita Croix, dicto *lib. 6*, n. 119 cum Carden. Ills., et alii ex S. Thoma apud Croix, n. 108, docente: Non est querenda certitudo in omnibus; sed in unaquaque materia secun-

dum proprium modum ». — Quod utique tenet S. Thomas, in 2^a 2^{ae}, qu. 47, art. 9, ad 2, citans Aristotelem.

58. — ^{a)} Croix, *lib. 2*, n. 174, in universum scribit: « Unusquisque tenetur, etiam cum damno vitae, succurrere proximo, in extrema necessitate spirituali constituto ».

Alii ne-
gant.

quam catholicorum dixit esse licitam simulationem formalem; sed Sancius^{b)} et alii, quorum opinio damnata fuit (ut fert Viva), tantum propugnarunt licitam esse materialem. — Alii tamen, ut Cardenas¹ et Vidal^{a)}, dicunt damnatam fuisse simulationem formalem, et etiam materialem in re vitiosa; non vero materialem in re indifferenti^{c)}. — Quaestio haec inanis mihi videtur; quia tandem omnes in idem coincidunt. Nam, sive loquamur de simulatione formalis, sive materialis in re vitiosa aut indifferenti, omnes convenient nuncquam esse licitum: 1º. Proferre sine intentione verba consecrationis supra panem, aut absolutionis supra indispositum. 2º. Hostiam non consecratam pro consecrata praebere. 3º. Celebrare Missam non proferendo verba consecrationis. Ita Palau³, Croix⁴, Cardenas, Milante, Viva et Vidal⁵.

Praeterea, quamvis praefata propositio non loquatur de quocumque metu; tamen commune etiam est apud doctores, non licere administrationem sacramenti simulare, etiam ob metum mortis. — Concina⁶, Croix⁷, Cardenas⁸, Viva⁹ et Milante¹⁰.

E converso omnes dicunt licitum esse confessario super indispositum aliquid orare et dare crucem, ne ejus indispositio prodatur; quamvis alii reputent eum absolutionem recipere. — Quia (ut ait Cardenas), ex una parte tenetur confessarius

Viva, in propos. 29 Innoc. XI, num. 2. — 1 In propos. 29 Innoc. XI, dissert. 20, num. 9, 14, 65 et seqq. — 2 In propos. 29, Append. ad Wigandt, append. 1, exam. 3, n. 26. — 3 Tr. 2, disp. 1, punct. 18, n. 8. — 4 Lib. I, part. 6, n. 154, 156, 159 et 161. — Cardenas, dissert. 20, cap. 3, 4 et 5. — Milante, exercit. 15, sup. propos. 29 Innoc. XI, v. Firmata igitur, et v. Respondeo quod licet. — Viva, loc. cit., n. 2, 7 et seqq.; et n. 16. — 5 Loc. cit. — 6 De Sacram. i. g., cap. 12, n. 14. — 7 Loc. cit., n. 155. — 8 Loc. cit., n. 37 et seqq., cum num. 34 et seqq. — 9 Loc. cit., n. 15. — 10 Loc. cit., v. Firmata igitur. — Cardenas, dissert. 20, num. 52. — 11 In propos. 29, dissert. 20, n. 54. — 12 2a 2a, qu. 111, art. 1. — 13 Loc. cit., n. 58. — 14 Tr. 16, de Sacram. in genere, cap. 4, qu. 6, resp. 2. — Milante, exercit. 15, sup. propos. 29 Innoc. XI, v. Quia vero. — 15 In propos. 29 Innoc. XI, n. 11.

^{b)} Joannes Sanchez, Select. disp. 35, n. 6 et 7, hoc innuit, dicens licere ob metum mortis sacramentum, consecrationis aut absolutionis verba proferre, absque intentione consecrandi vel absolvendi, «sine ulla labe mendacii: adest enim tunc justa causa utendi aequivocatione».

^{c)} Cardenas damnat quacumque simulationem materialem ex parte ministri, ut patet ex n. 15; ubi vero distinguit rem vitiosam a re indifferenti loquitur de simulatione materiali se habente ex parte suscipientis, n. 65 et seqq. — Itemque Vidal, § 5.

^{d)} Viva, loc. cit., n. 11, licitum esse ait,

non prodere indignitatem poenitentis in confessione cognitam; juxta praescriptum in cap. *Omnis utriusque, de poenit. et remis.*, ubi dicitur: *Caveat autem (confessarius) omnino, ne verbo aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem.* Ex altera parte, haec non est proprie simulatio administrationis sacramenti; quia verba illa respectu sacramenti indifferenter se habent. — Alia tamen ratione utuntur Viva^{d)} et Milante^{d)}, dicentes hoc esse licitum; quia tunc confessarius licite occultat veritatem, quam non tenetur nec potest manifestare. — Recte vero advertit Cardenas¹¹, quod tunc confessarius non debet intendere deceptionem adstantium, sed tantum occultationem veritatis. Nam alias mendacii reatum non effugeret; cum ex D. Thoma¹² mendacium non solum committatur verbis, sed etiam facto.

An autem liceat super indispositum dicere: *Ego te non absolvo*, submisse dico verbum: *Non*?

Affirmat Cardenas¹³. — Sed negant Roncaglia¹⁴, Milante et Viva¹⁵. Ratio, quia semper ac verbum *Non* percipi nequit a circumstantibus, haec esset quidem restrictio pure mentalis, quae nunquam est licita; juxta dicta Lib. III, n. 168. — Sed ratio haec non convincit. Quia in tantum occultatio haec non est licita in sermone, in quantum loquens tenetur (ne decipiat

Formula:
*Ego non ab-
solvo super
indi-
disposi-
tum, licita.*

Sacram. i. g., cap. 12, n. 14. — 7 Loc. cit., n. 155. — 8 Loc. cit., n. 37 et seqq., cum num. 34 et seqq. — 9 Loc. cit., n. 15. — 10 Loc. cit., v. Firmata igitur. — Cardenas, dissert. 20, num. 52. — 11 In propos. 29, dissert. 20, n. 54. — 12 2a 2a, qu. 111, art. 1. — 13 Loc. cit., n. 58. — 14 Tr. 16, de Sacram. in genere, cap. 4, qu. 6, resp. 2. — Milante, exercit. 15, sup. propos. 29 Innoc. XI, v. Secundo arguitur. — Sotus, de Euchar., disp. 67, sect. 4, v. Circa tertiam. — Vasq.,

quia cum oratio adhibita nullatenus ad administrationem sacramenti spectet, sicut ob justam causam licita est aequivocatio, ita pariter ob urgenter metum gravem, licita est haec simulatio, quae sacramento non est injuriosa, eo quod impertinenter se habeat ad illud. — Milante, loc. cit., v. Dico 2, rationem hanc assignat: quia nempe benedictio haec revera adhiberi potest universim omnibus fidelibus vario ex momento, nec solam absolutionem etiam in sacro Tribunal designat. Aliunde haec recitatio sufficienter eximit a revelatione criminum, et si quae est deceptio astantibus, haec est mere materialis.

proximum cum quo loquitur) taliter proferre verba ut audiens possit veritatem percipere; et ideo in sermone restrictio pure mentalis est vetita. At in prolatione formae sacramenti non tenetur minister ita proferre verba, ut sacramentum suscipiens illa audiat. Quapropter non videtur obstare quod talis occultatio esset restrictio mentalis. — Et hinc prima opinio non videtur improbanda.

^{e)} Simulatio vera in suscep-
tione sacra-
menti, illicita.

60. — Ex eadem ratione irreverentiae, non solum qui administrando, sed etiam qui suscipiendo sacramentum simulareret, non excusaretur a mortali; ut dicit Croix^{a)} cum Cardenas¹⁴ et Gormaz^{a)}. — Sed hoc currit quando adest vera simulatio sacra-
menti.

Hinc infertur 1º cum Cardenas¹, et Croix² cum Dicastillo^{b)}, Gormaz, etc., quod si quis nolens confiteri ingrediatur confessionale, et genuflexus alloquatur confessarium de aliquo negotio, non simulat sacramentum, nec peccat peccato mendacii; quia, cum hoc sit valde usitatum quod aliqui accedant ad confessarium causa petendi eleemosynam aut consueldi circa scrupulos, infertur actionem illam esse indifferentem. — Secus, ait Cardenas³, si quis accederet cum intentione ut circumstantes credant ipsum confiteri; tunc enim dicit peccare peccato mendacii et sacrilegii. At quoad peccatum sacrilegii, nequeo huic doctrinae acquiescere; cum enim ibi desit materia et forma, ne scio intelligere ubi sit simulatio sacra-
menti.

61. — Infertur 2º. Quod in casu quo aliquis non poterit se disponere ad communionem, posset aliquando convenire

^{f)} Dissert. 20, n. 78. — 2 Lib. 6, part. 1, n. 158. — Gormaz, de Sacram. i. g., disp. 5, n. 361. — 3 Loc. cit., n. 71. — 4 Lib. 6, part. 1, n. 160. — Moya, tr. 4, qu. 2, § 2. — Leander a SS. Sacr., de Euchar., disp. 7, qu. 61. — Henrig., lib. 8, cap. 33, num. 3. — Diana, part. 4, tr. 4, resol. 47. — S. Thom., 3 P., qu. 80, art. 6, ad 2. — Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 6, v. Secundo arguitur. — Sotus, de Euchar., disp. 67, sect. 4, v. Circa tertiam. — Vasq.,

60. — a) Croix, loc. cit., n. 157; Cardenas, dissert. 20, n. 65 et 67; Gormaz, de Sacram. i. g., disp. 5, n. 354, dicunt simulationem hanc virtualiter subjici damnationi propositionis, ratione ejusdem irreverentiae.

b) Apud Dicastillum id reperire nequivi.

cum parocho, ad infamiam vel scandalum vitandum, ut hic dicat tantum super ipso verba: *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat, etc.*, et non praebeat hostiam; ut admittit Croix⁴ cum Moya, Leandro, Henriquez, Diana, etc. Quia tunc revera non simulatur sacramentum. — Secus dicendum, si parochus porrigat ex conventione hostiam non consecratam; ut docent S. Thomas, Sotus, Suarez, Vasquez et alii cum Croix⁵ communiter, contra alios.

Ratio, quia tunc, licet nec etiam simuletur sacramentum, quod ibi non est, tamen exponitur panis adorationi adstantium et ipsius suscipientis. Qui, sicut peccaret externe adorando idolum, etiam ex metu mortis; sic quoque semper peccaret externe adorando hostiam non consecratam. Et peccaret gravius quam si indigne communicaret; ut patet ex cap. *De ho-
mine 7, de cel. miss.*, ubi dicitur gravius peccare sacerdotem qui in Missa non consecraret, quam qui sacrilege consecraret et communicaret.

62. — Infertur 3º. Non esse illicitum, ob gravem metum simulare celebrationem matrimonii; ut cum communi sententia docent Sanchez⁶, Palau⁷, Pater Concina⁸ (qui etiam communem asserit), Cardenas^{a)}, Viva^{a)}; Croix⁹ cum Henriquez, Coninck, Arriaga, Gormaz^{a)}, etc., contra Patrem Milante. Ratio, quia tunc deest materia et forma sacramenti, cum desit voluntarius consensus; sacramentum enim non conficitur nisi super vero contractu: qui tunc non adest, cum invalidetur ex lege Ecclesiae ratione coactionis. — Et in hoc casu is qui simularet excusaretur etiam a mendacio, si adstantes possent ex cir-

^{e)} Porrigere
hostiam
non conse-
cratam, illi-
citum.

^{f)} Simulatio
matrimonii
ob gravem
metum, li-
cita.

7. — Matrim., lib. 1, disp. 11, n. 2. Cfr. lib. 4, disp. 16, n. 1. — 7 Tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 3. — 8 De Sacram. i. g., cap. 12, num. 15. — 9 Loc. cit., num. 162. — Henrig., lib. 11, cap. 9, num. 6. — 10 Coninck, disp. 28, num. 37 et seqq. — Arriaga, de Sacramentis in genere, disp. 21, num. 42. — Milante, exercit. 15, sup. propos. 29 Innoc. XI, v. Et hic.

62. — a) Cardenas, in propos. 29 Innoc. XI, dissert. 20, n. 78 et 79; Viva, in eamd. propos. n. 12; Gormaz, de Sacram. i. g., disp. 5, n. 362, distinguunt, dicentes lethale esse, si simulat in ratione sacramenti, ita ut expresse dicat se velle matrimonium sine intentione

cumstantis advertere eum nolle contrahere; vel, casu quo id non possent percipere, contrahens, dicendo *volo*, intelligere velle in quantum in se est, ut notat Scotus¹.

DISSERTATIO

De Clerico habituato in vitio turpi, cupiente statim initiari in sacris.

Auctoris
propositum.

63. - Quaestio quam infra exponam nuper Neapoli magnopere inter sapientes fuit agitata. De hac ipse in libro mearum Adnotationum in Busenbaum nimis concise et quasi obiter in quodam loco tractavi. Sed inde, cum sedulius animadverterem valde utile ac necessarium esse ut ejus vera decisio confessarii innotesceret, quo ipsi studeant eam tenere sententiam quam bono Ecclesiae magis expedire iudicaverint: idcirco operae pretium esse duxi diligenter ac funditus rem ad trutinam revocare.

Quaestio nimurum haec est: *Utrum sit neganda absolutio clerico habituato in peccatis lasciviae occultis, qui velit ad sacros ordines ascendere sine praecedenti experimento continentiae?*

Quidam neotericus et doctus auctor libri Romae editi, cui titulus: *Istruzione per li novelli confessori*, de hoc puncto agens⁴, sic scripsit: *Oggi non v'è alcuna legge diretta, né divina, né umana, che viet di ordinarsi, precisamente per esser alcuno abituato nella lascivia, od altr'occulto peccato; se non che per l'omicidio volontario o per altra colpa avesse contratta l'irregolarità... Ma bensì può dubitarsi per conto della legge naturale, in quantoche essendo, o per legge ecclesiastica o per voto implicito, annessa la con-*

¹ In 4, dist. 29, qu. unic., n. 9. — ² In propos. 29 Innoc. XI, dissert. 20, num. 82, 83 et 87. — ³ Sanch., de Matrim., lib. 7, disp. 5, n. 1. — ⁴ Gaspar Hurtad., de Matrim., disp. 12, diff. 3.

conficiendi sacramentum; secus vero, si simulat consensum in contractu, non attenendo ad rationem sacramenti.

b) Cardenas, juxta distinctionem superius expositam, ita docet casu quo simulet contratum dumtaxat, non vero sacramentum.

63. - a) Textus isti latine sic redduntur a clar. P. Michaelae Haringer, in sua edit. Theologiae moralis S. Alphonsi (Edit. 2^a. Ratisbonae

Et ex eadem ratione dicunt Cardenas²; et Sanchez, Hurtadus, Dicastillus et Gobat, apud Croix³, non peccare peccato sacrilegii, qui contrahit matrimonium, sciens se habere impedimentum dirimens^{b)}.

tinenza a' sacri ordini, l'ordinando contro il dettame della retta prudenza vuole assumere un peso che non può portare, ecc. A noi pare che, stando nella legge naturale sola, si debba qui procedere con distinzione. Imperocchè, se l'ordinando crede sinceramente ed in buona coscienza di poter... vivere casto, e disfarsi de' mali abiti, e... di far tutto ciò che a giudizio suo e del discreto confessore, si stima necessario ed opportuno per la sua emendazione; egli si può promovere, e'l confessore non glielo può interdire. — Deinde addit: Ed inoltre aggiungiamo che non essendo questi (come supponiamo) indisposto per lo sacramento della Penitenza, neppur si dee dire, precisamente parlando, che lo sia pel sacramento dell'Ordine: il quale per riceversi degnamente, non richiede se non lo stato di grazia; e per se stesso non è ad alcuno occasione di peccato, anzi dà all'anima una nuova e distinta grazia. — Subaddit tamen: Diciamo che uno che voglia promuoversi a' sacri ordini, e non creda (siccom'è detto) sinceramente di poter osservare in quello stato la castità per lo mal abito della lascivia, non possa promuoversi; ed insistendo di farlo, gli si debba come ad indegno ed indisposto negare l'assoluzione^{a)}. Ita praefatus auctor.

n. 11. - ¹ Dicast., de Matrim., disp. 7, dub. 2, n. 34. - ² Gobat, tr. 9, n. 60, v. *Qui vero*. Cfr. tr. 1, n. 256. — ³ Lib. 6, part. 1, num. 162. — ⁴ Part. 2, cap. 3, n. 64 et seqq.

1879): «Hodie nulla est lex positiva, neque divina, neque humana, quae propter hoc solum ordinari vetat, quod quis in vitio turpi vel alio peccato occulto habituatus sit: nisi forte per homicidium voluntarium vel aliam culpam irregularitatem incurrisset. Cum vero ex lege ecclesiastica vel voto implicito sacris ordinibus continentia annexa sit, hinc dubium oriatur annon talis ordinandus contra legem na-

Alii vero e converso videntur nimis rigide locuti fuisse. — Nam Natalis Alexander¹ hanc regulam statuit: *Nemo est ad sacros ordines promovendus, nisi qui vel innocentier vixerit, vel occultas prioris vitae maculas diuturna poenitentia diluerit*. Idem tenet Jueninus². Idem, Habert³, qui magnam et longam curam requirit, dicens nec unum sufficere annum ad hujusmodi probationem. Idem, Van-Espen^{b)}. — Sentit Contin. Tournely⁴ clericum habituatum^{c)} probandum saltem per 20 aut 18 menses. Id eruit ex D. Gregorio⁵, ubi: *Ne unquam ii qui ordinati sunt pereant, provideri debet quales ordinentur, ut prius aspiciatur si vita eorum continens in annis plurimis fuit*. Adducitque Natalem Alexandrum⁶, dicentem quod confessarii debent clericis in luxuria habituatis prohibere tam ascendere ad altiores gradus quam ministrare in suspectis.

64. - Sed inter harum opinionum varietatem, operam adhibui ut a quamplurimis Neapolitanae urbis theologis res plene examinaretur. Et post longas hinc inde discussiones, in hanc sententiam sive conclusionem, duas partes habentem, convenimus, medium tenentes viam, nempe:

Iº. Quod hodierna et antiqua Ecclesiae lex semper constans obstringit tam epi-

¹ Lib. 2, de Sacram. Ord., cap. 3, art. 5, reg. 19. — ² Comment. de Sacram., dissert. 8, qu. 7, cap. 2, concl. 2. — ³ Tr. de Sacram. Ord., part. 3, cap. 3, resp. 3. — ⁴ De

turalem offendat, si contra dictamen verae prudentiae onus suspicere vult quod ferre non potest. Videtur nobis quod attenta sola lega naturali distinctione opus est. Etenim si ordinandus sincere et in bona conscientia credit se castum vivere et pravos habitus vincere posse, et si paratus est omnia exequi, quae sibi et prudenti confessario opportuna et pro emendatione vitae necessaria videbuntur, promoveri potest, nec confessarius eum impedire potest.. Et insuper addimus quod si ipse (ut supponimus) non indispositus sit ad recipiendum sacramentum Poenitentiae, nec stricte loquendo indispositus est pro sacramento Ordinis, quod ut digne suscipiatur, non requirit nisi statum gratiae: quod immo per se non est alicui occasio peccandi, sed potius animae novam et distinctam gratiam confert.. Dicimus contra, eum qui ad sacros ordines promoveri vult, et non sincere credit (ut dictum est) se in hoc statu propter pravum habitum vitii turpis castum vivere posse, nec

scopos, quam confessarios et promoven- dos, ut cum aliquis clericus recidivus vel consuetudinarius in vitio carnis ad sacrum ordinem, sive ad subdiaconatum, sive ad diaconatum aut presbyteratum ascendere cupit, quamvis sincere sit conversus ad Dominum, et ideo possit statim absolviri; non tamen poterit sacrum ordinem suscipere, nisi aliquamdiu operam det ad prauum habitum extirpandum. Et si ipse persistat ordinem statim suscipere, non censemur dispositus ad absolutionem; quia legem Ecclesiae violat in re gravi.

IIº. Quod potest tamen dari casus, quo Deus donet poenitenti tantam extraordinariam compunctionis gratiam, quae reddit eum adeo probatum, ut ipse statim possit sacrum ordinem assumere; et ideo (si id ipsum confessario ex validis conjecturis constet) beneficium absolutionis suscipere, sine eo quod temporis experientia prius comprobetur.

65. - Prima pars probatur 1º. Ex illo Apostoli, I ad Tim. iii: *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum: sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, ... non neophyton, etc.* — Illud irreprehensibilem explicat D. Gregorius^{a)}, dicens: *Vitium in episcopo est non quam optimum esse. Illud autem non neophyton*

⁶ Praec. decal., art. 10, reg. 3, v. *Quoto*. — ⁵ Lib. 4, indict. 12, epist. 26, ad Januar.; ap. Migne, Patroli. lat. tom. 77, col. 695. — ⁶ Lib. 3, de Feccat., cap. 8, reg. 60.

nisi ali-
quandiu o-
peram dede-
rit emenda-
tioni.

Et si per-
sistat ne-
quit absolu-
vi.

Exigitur
casus con-
versionis
extraordi-
nariae.

Probatur
prima pars
ex Scriptu-
ra.

promoveri posse, et si id facere non desistit, ipsi tamquam indigno et indisposito absolucionem denegandam esse».

b) Van-Espen, *Jus eccles.*, tom. 4, de *Instit. et Offic. canonicor.*, part. 2, cap. 2, § 8, negat clericos in luxuriam lapsos, restitu posse sacris functionibus, nisi post condignam poenitentiam, id est respondentem criminum gravitati; idem dicit de sacerdotibus § 9; et iterum § 10, negat clericos sacris functionibus restitu posse, nisi post diuturnam poenitentiam.

c) Contin. Tournely ita loquitur de eo qui post diutinam in vitio transactam vitam, tam languide ac molliter se gerit, ut vix anteactae vitae horrorem sentire videatur.

65. - a) Cornelius a Lapide, *in epist. I ad Tim.*, cap. 3, vers. 2, commentans verbum *irreprehensibilem*, adducit S. Gregorium Nazianzenum dicentem vitium esse in episcopo non quam optimum esse. Quod utique Nazianzenus, in *Orat. 2, Apologetica* (al.